

HISTORIA

IN QUA
PRIMÆVA FUNDATIO.

Et
Institutio Regiorum

Ac
Antiquissimorum Monasteriorum

S. GEORGII

In Castro Pragensi,

S. SPIRITUS

Vulgò ad Misericordias DEI

In antiqua Urbe Pragensi

Ordinis S. P. BENEDICTI

Sancti-Monialium,

Cum omnibus tam Pontificijs,

Quām
Cæsareo-Regijs & Ducalibus Privilegijs,

Exemptionibus, Immunitatibus, Concessionibus,
per distinctos Paragraphos recensentur.



HONORI
CELSISSIMÆ
FRANCISCAE
HELENÆ
PYERONIANÆ
DE
GALLIANO,

Dei Gratiâ Principissæ &
Abbatissæ suprà fatorum Mo-
nastrorum dicata

à

JOANNE FLORIANO HAMMERSCHMIDT,
SS. Theologiæ Doctore, Proto-Notario Apostolico,
Comite Palatino, Auratae Militiae Equite, Regiae, Exemptæ &
nullius Dioecesis Ecclesiæ SS. Petri & Pauli in Wissehrad, &
SS. Cosmæ & Damiani Vetero-Boleslaviæ Canonico, p. t.
Regiae Urbis Vetero-Pragensis B. V. M. in Cœlos
Assumptæ in Teyn Curato.

Vetero-Pragæ, Typis Wolfgangi Wickhart, Archi-Episc. Typog. A. 1715.



HISTORIA
De Monasterio
S. GEORGII
Martyris in Arce Pragensi.

§. I.

*Penè Ecclesiam S. Georgij primitus erat
Collegium Canonicorum.*



UX Wratislaus, Borzivoj primi Christiani
Principis Bohemi, & S. Ludmilla filius, pieta-
tem quam à Patre suo, & Matre, sanctoque
Methodio hauserat, semper retinuerat, ac
præcipue ea, quæ ad religionem pertinent, se-
dulò administrabat, & rem Christianam ma-
gno studio amplificabat, ipsosque Christianos ab omni peri-
culo tutos reddebat, cohabitâ ante alias Drabomirâ uxore, Chri-
stianis infensissimâ, nè quid apertè cum suis gentilibus in illos
auderet. Et ut magis fides Christiana divulgaretur, in monte
Suillo supra Pragam, ubi quondam Libussa amplam ædificavit
domum, in honorem Sancti Martyris Georgij splendidam cura-
vit ædificari Ecclesiam per quendam Artificem Mirobogium. In-
coepit est opus Ecclesiæ anno 912. & absolutum anno 913.

A 2

Ad



Ad hanc perfectam Ecclesiam, ut inibi cultus Divinus celebraretur, induxit, & instituit ibidem IX. Clericos. Duos videlicet *Subdiaconos*, & Duos *Diakonos*, & Quinque *Presbyteros*. Et ex his erat unus Archi-Presbyter. Ita M. S. antiquissimus Liber Monasterij *S. Georgij* in membrana. In hoc antiquissimo libro annotantur quorundam Archi-Presbyterorum Nomina, videlicet: *Wlita* Archi-Presbyter. *Byelca* Presbyter. *Czas* Presbyter. *Hmylen* Presbyter. *Mylata* Archi-Presbyter. Et sic hi ipsam Ecclesiam *S. Georgij* ferè L. annis soli per se rexerunt, & gubernaverunt, & in possessione ejusdem loci pacifica, Clerus, & Collegium Clericorum extitit Ecclesiae supradictæ: eorumque tempore Regininis, Dux prædictus *Wratislaus* Fundator eorundem, diem clausit extremum anno 916. secundum alios Scriptores anno 926. & in Ecclesia *S. Georgij* (prout petiit) sepultus, & tumulatus. Sicut etiam in eadem Ecclesia sepulta est Mater ejus, *S. Ludmilla* anno 922. secundum Hagecum, secundum *Thomam Pessina* anno 929.

Quando autem deinde sub Regimine *Boleslai Pij* introducuntur sunt ad Ecclesiam *S. Georgij* Sancti-moniales Ordinis Sancti Benedicti (de quibus intrà §. 6. fusiūs) nomen Praeplati, seu Archi-Presbyteri in processu temporis est deletum, & quamvis ad, & supra tempora Caroli IV. manserint successores penes hanc Ecclesiam, & dicebantur Canonici, erant tamen Acephali, carentes capite, seu Prælato. Hi, Monialibus jam ad Sanctum *Georgium* existentibus, tenebantur in eadem Ecclesia facerdotalia officia suis septimanis secundum ordinem vicissitudinis peragere, eos contingentia distincta officia exercere, Missarum solemnia celebrare, Canonicas horas in Capella Beatæ Virginis recitare, diebus Dominicis aquam ad asperendum, & in vigilia Epiphanie, Candelas in Purificatione B. V. Mariæ, die Cinerum cineres, in die palmarum frondes, & palmas, in Vigilia Paschatis ignem benedicere. Item in primis Vesperis Dominicanum, & festorum inferius expressorum, Altaria, Clerum, & Moniales incensio thurificare: Communicantes Moniales in diebus Nativitatis Christi, Annuntiationis, Cœnæ Domini, Paschæ, Pentecostes, Assumptionis,

sumptionis, omnium Sanctorum, familiam, & alios sacerulares communicare, aliisque Sacraenta Ecclesiastica, sepulturam, unctionem extremam, baptismum administrare, cunctis temporibus, ut in die sepulturæ alicujus funeris, tertio, septimo, trigesimo Anniversario certarum, & signatarum, secundam Missam hebdomadarius procurare: Duo Diacones suis hebdomadis in majori Missâ Evangelium legere: *Ite missa est. Benedicamus Domino. Flectamus genua. Levate.* Et in Missis Defunctorum Evangelium, & *Requiescant in pace*, dicere, funus thurificare, & aspergere, hebdomadario Presbytero ad Altare ministrare, in Processionibus Passiones legere, cereum Paschalem benedicere, in Missis cantare, & in Vesperis, & Matutinis communem tantum, specialiter in Matutinis: *Liber generationis, &c.* In Vesperis: *Benedicamus Domino*, cantare. Item in Capella juvare cantare Missam Presbyterum hebdomadarum, ante ipsum candelas deferre, qui incensavit chorum, & altaria, & in processionibus librum, & urceum cum aqua, & aspersorio ministare: sacros liquores loto chrismate, debito tempore recipere, & alia officia Diaconalia tenebantur exercere.

Item duo Subdiacones, Prophetias, & Epistolas legere, Presbytero ad Altare, in Processionibus, & in incenso cum candelis præeundo ministrare, & cantare communiter, & in Vesperis specialiter cum Diacono hebdomadario: *Benedicamus Domino*, & alia officia Subdiaconalia tenebantur officiosissime adimplere.

Item stallis in Choro Presbyteri à Clericis sejungebantur. Nam Presbyteri quinque, habebant quinque stalla specialia à parte Septemtrionis, secundum ordinem senioritatis sursum stantes. Diacones, & Subdiacones à parte Australi habebant stalla.

Item per alimentorum receptionem Presbyteri Canonici ab aliis sequestrabantur. Presbyteri enim, hebdomadarius partem medianam offertorii in Missâ positi, & in Vesperis, & Matutinis. Diaconus tertiam, & Subdiaconus sextam partem duntaxat tollebant.

Et

Et pro superpelliceis in die omnium Sanctorum quilibet Presbyter per decem, & Diaconus, & Subdiaconus per quinque grossos recipiebant.

§. II.

De præbendis Canonicorum ad S. Georgium.

Presbyter hebdomadarius præbendam panis, vini, cerevisæ, pullorum, carnium, piscium, additionum, ut alia Monialis recipiebat in contingentī cum hebdomadaria.

Diaconus ferijs tertijis, & Subdiaconus quintis ferijs tantum simplices carnes, crus porcinum, aut assūtārām pecorinām, aut frustum lardi in valore sex parvorum denariorū à Monasterio accipiebant.

Presbyter hebdomadarius in Capella omni Sabbatho ab Abbatissā duos grossos recepit, septem parvos ministro dedit, residuum pro se reservavit.

Itēm: in Adventu, & Quadragesima, quilibet Diaconus, & Subdiaconus unam halecem, Presbyter per duas haleces accipiebat.

Itēm: Diversas Decimas ex certis locis accipiebant.

Nam tempore Annae Abbatissæ, Wenceslans, qui & cognominabatur: *Gaudemus*, corpus præbendæ tenens in *Holus*, & Decimas, Vineæ, & araturæ medietatem in *Majori Owczinecz* tollens Sacerdotalia nomine suo, & sui Canonicatūs exercuit officia, & emolumētum superiū expressū percepit. Et in *Lybicz* Ecclesiae S. Crucis præbendatus *Joannes Zlechowicz* diētus, & plebanus in *Sweinicz*, sub regimine *Cunegundis* Abbatissæ, similiter Sacerdotis in Ecclesia S. *Georgij* explens officia, suo tempore reditus sex sexagenarum in *Otwoicz* comparavit, quos suæ præbendæ, suisque successoribus oneratos dicto onere, quam diu onus injunctum expleverint, sub poena privationis ipsorum redituum, si debitum onus explere neglexerint, Ecclesiae S. *Georgij* contulit, & applicavit, sic quod possessor

dictorum

dictorum bonorum in suo Anniversario Monialibus præsentibus Vigilijs, Missæ, & Commendationibus, & Canonicis per duos grossos, & Vicarijs interessentibus Missis tres grossos, Abbatissæ 4. grossos, Matronabus 2. grossos, Campanatoribus unum grossum, pauperibus in foribus Ecclesiæ pro pane unum grossum, assignaverit.

Itēm: de eisdem bonis in Dedicatione Capellæ, Canonicis, & Vicarijs Missæ interessentibus per unum grossum.

Itēm: in Anniversarijs Patris sui *Dobrzemil*, & Matris suæ *Wawrenza*, *Pitalis* Monialis, 30. grossos. Officianti missam, bis per sex parvos, Matronabus bis per unum grossum, Campanarijs bis per 1. grossum, pauperibus bis per 1. grossum, perpetuis temporibus assignavit. Quod si aliquis ex illis negligit prædicta, aut aliquod prædictorum, bonis privari debet prædictis, & alterius erant, qui diligentius onus explebant committenda. Sicut sonat tenor literarum super hoc per ipsum Canonicum prænominatum *Joannem Zlechowicz* originaliter editorum, & confecciarum. Obiit hic Canonicus S. *Georgij* Anno Domini. 1339. 7. Idus Novemb. *Joanni* prædicto succedit in præbenda *Hostislau*, Doctor Decretorum, Presbyter, & Decanus Sacensis, & Officialis Curiæ Pragensis Archi-Episcopi, qui obiit, A. 1347. 19. Kalend. Januarij. & testamentarius, seu executor suæ voluntatis ultimæ.

Decanus Pragensis de bonis legatis reditus cunctos comparatos, principaliter Monialibus duas sexagenas, & alios reditus, medietatem ad festa Sanctorum *Georgij*, & *Galli* dividendos, & Monialibus, & Canonicis parte mediâ per medium in suo Anniversario interessentibus Vigilijs, Missæ, & Commendationibus ad ejus sepulchrum subdividenda, & quinque Francones inter Canonicos dividendos assignavit.

In præbenda *Joannes* quidam per gratiam à Clemente VI. Papa sibi factam succedit, qui Presbyter extitit, onera, & officia ipse peregit, sed cum *Sulkone Leonardi*, etiam Presbitero, pro Ecclesia in *Unhoſt* commutavit, qui etiam officia Sacerdotalia, & onera, ut sui Antecessores consueverunt, & alia sibi commissa in Ecclesia S. *Georgij* implevit.

Itēm

Itèm in alia præbenda, cuius corpus est villa *Kniesewes*, & decimæ in *Syrzewicz* noscuntur esse, cuius possessor quidam *Abel Presbyter*, & Plebanus in *Hojlin* fuit, à temporibus *Cœlestini Papæ*, Regis *Przemislai*, cui *Wenceslaus dictus*, & fuit cum curvo capite, provisus per gratiam *Bonifacij Papæ* successit, & Decimas à Civibus Litomericensibus obtinuit.

Huic *Procopius*, à tempore *Sophiae Abbatissæ*, quæ fuit ante *Cunegundem*, & *Procopio Thomas dictus Syrczecz* successit, qui omnes erant Presbyteri, & officia Sacerdotalia expleverunt.

Itèm in Præbenda, quæ est in villa *Statiwnitz*, pro corpore præbendæ dictæ, etiam Sacerdotali, quidam fuit Magister *Matthias Presbyter*, Rector Scholarum in Castro Pragensi. Cui *Wenceslaus* prædictus cum curvo capite per optionem tempore *Sophiae Abbatissæ* primùm nominatæ successit.

Ipsique *Wenceslaus Hostislaus de Petrowicz*, *Hostislao Carolus Archi-Diaconus* successit, sed Canonicatum, & præbendam tribus mensibus non plenè elapsis resignavit, cui *Hostislaus de Sedelczano* successit, & cum *Verenhero Plebano Sancti Galli* in Civitate Pragensi pro sua Ecclesia commutavit. Qui *Werenherus* Anno Domini, 1352. in die Sancti Spiritus est defunctus, cui in præbenda successit: *Nicolaus dictus Tannus*.

Itèm in præbenda, cuius corpus est in villa *Przilep*, quidam *Jacobus*, & Plebanus in *Chuchel*, temporibus *Cœlestini*, & *Bonifacij*, & *Sophiae Abbatissæ*, fuit possessor prædictæ præbendæ, decimas medias de *Chorufek*, bladi, pecuniæ, pullorum, & ovorum, & medietatem decimarum vineæ, agriculturæ in Majori *Owenecz*, ad suam præbendam dictam pertinentibus tulit, cui *Beneſius* in eadem præbenda successit, & ipse *Beneſius* manu propriâ, ea quæ sunt in antiquo Graduali, nova scripta scripsit, cui in præbenda *Stephanus*, qui cognominabatur *Magiſter*, per *Benedictum Papam* provisus successit, & cum *Wenceslao Plebano de Miliczin* pro ministerio Altaris Sanctæ Catharinae in Ecclesia Pragensi permutavit.

Itèm Possessor corporis Quintæ præbendæ Sacerdotalis, quod est in villa *Bohemicz*, & Decimæ post duas araturas in *Lichuczewes* spectant ad eandem. Quam à tempore *Tobia Episcopi*

scopi Pragensis *Thomæ dictus Puten*: possidendo solus per se, sibi, & suæ præbendæ debita Sacerdotalia exercuit officia, qui cùm senior fuerit inter Canonicos, sociorum suorum, Monialium, & Laicorum familiarium, servitorum Monasterij utriusque sexus confessiones audivit, & sacramentaliter absolvit, afferens se, & quemlibet Seniorem Canonicum, & hebdomadarum in sua hebdomada habere autoritatem de consuetudine Ecclesiæ à sui Fundatione confessiones audiendi, & absolvendi personas Clericales, & Laicales ad ipsam Ecclesiam *S. Georgij* pertinentes, sicuti & alia Sacraenta Ecclesiastica administrandi, à tempore cujus contrarium in memoria hominum non habetur.

Cui *Joannes*, dictus *Terhomta*, in præsentia successit, & mortuus est ipse *Joannes*. 4. Idus Decembris, A. 1338.

De cujus parte pecuniæ relictæ, videlicet, 15. Sexagen. *Thomas Serzecz* prædictus, 89. gross. in redditibus in villa *Milenecz* comparavit, & in Translatione *S. Ludmilla* pro refectione Canonicis, & Ministris Interessentibus Missæ, 27. grossos dividendos, unum grossum Matronabus, & Campanarijs unum, unum pauperibus administrat. In ipsius autem *Joannis* Anniversario, præsentibus vigilijs, & Missæ eisdem Canonicis 27. 2. grossos in offertorio, duos in Candelis, unum Matronabus, unum Campanarijs, & unum grossum pro pane pauperibus ministrando expendit.

Cui *Joanni*, *Franciscus Wlandi de Praga*, per *Benedicti Papæ* provisionem successit, & ut in ipsa Sacerdotale officium sibi, & suæ præbendæ debitum gradum Sacerdotij possit peragere, suscepit, cui *Beneſius Plebano de Waldueb*, & beneficio *Albertus* per commutationem successit.



§. III.

De præbendis Diaconorum, & Subdiaconorum ad S. Georgium.

IN præbendis Diaconalibus erant distincta officia, corpora, & Decimæ. Abbatissa enim nomine corporum tres Marcas leves annuatim ambobus solvit. Unus ex Diaconibus Decimas in censu pecuniæ, & Bladi in villa *Postrizin*, & non quodd de eadem villa post Decimæ hujusmodi tam pecuniarum, quam Bladonum per Dominam *Bgetkam* (id est *Elisabetham*) Abbatissam in, & ad alia bona *Niemczicz* sunt translatæ ex permutatione bonorum, ut habetur in Tabulis Terræ. Quæ Decimæ inclusivè omnibus ad duas sexagenas se extendent annuatim, & medietatem Decimarum de campis trium araturarum in *Brzezan* percepit.

In qua Præbenda quidam *Wenceslaus* per *Cælestinum* Papam provisus, & posteà Archidiaconus Pragensis factus fuit.

Cui *Lupus*, & *Lupo Michaël*, & *Michaëli Petrus de Talleberg* successit. Qui omnes Diaconalia officia, nec non Diacones, imò Presbyteri existentes peregerunt, & ultimò nominatus peregit.

Alter Diaconus, Decimas post duas araturas in campis de *Borzanowicz* percepit, & pratum habuit in *Ochwoiecz*, in qua Præbenda quidam *Witko*, ante tempora *Anna*, & *Sophie* Abbatissarum, ipse, & earum tempore Diaconalia peregit officia, & sibi tempore *Cunegundis* Abbatissæ, *Mraczek*, *Mraczko-ni Jaczek*, *Jaczkoni Maczek*, *Maczkoni Felkel*, *Felcino Waniek*, *Wankoni Pesek*, *Pesconi Jesek*, *Jesconi Franek*, *Franconi Jesek*, *Jesconi Budek*. Hi omnes Diaconalia peregerunt officia.

In Subdiaconalibus Præbendis, loca præbendarum, & personarum, Decimarum, & officia ab alijs erant distincta.

Bona in villa *Dublewicz* pro corpore præbendæ subdiaconalis, & pro Decimis araturarum quondam in *Poblaw*, &

Brzezano

Brzezano tenebat duas Curias cum agris, ac suis pertinentijs, in qua erat quidam *Theodoricus*, tempore *Tobia Episcopi*, cui succedit *Sdislaus*, *Sdislao Ulricus*, *Ulrico Hostislaus*, *Hostislaus Mika*, *Mikæ Sdislaus*, *Sdislao Przibik*.

Hi omnes debitum sibi, & suæ præbendæ officium fecerunt.

In altera præbenda Subdiaconalis ordinis, corpus ipsius in *Borzianowicz*, & Decimarum medietas trium araturarum in *Brzezano*, & in *Wrutywcz* in censu pecuniali Decimæ spestant ad eam, in qua quidam *Laurentius dictus Koczka*, omnium prædictorum Canonicorum Senior erat, qui scripsit Epistolarium, & solus ipse Subdiaconatus officium, quam diu vixit faciebat, cui *Bobunko* successit, cujus tempore *Sophia* Abbatissa corpus de *Borzianowicz* transtulit in *Opatowicz*, cum potestate, quodd possit ipsa, vel suæ posteræ iterum regredi, & translationem hujusmodi retractare. Et *Bobunkoni* successit *Joannes dictus Howorka*, *Joanni Prziesek*, *Przeskoni Vitus*, *Vito Peslinus*, *Peslino Michaël*, *Michaëli Franciscus Herbordi de Praga*.

Hi omnes Subdiaconatus, soli existentes Subdiacones, præter *Michaëlem*, qui modico tempore fuit Canonicus, aut in Superioribus Ordinibus officia Subdiaconalia peregerunt.

§. IV.

De Distinctione Officiorum.

Presbyteri prædicti, & Successores eorum, in presbyterali præbenda succedentes, tres ex eis explebant in Ecclesia *S. Georgij* per decem hebdomadas, duo per undecim septimanas, & in Capella similiter tres per decem, & in Capella duo per undecim annuatim.

Diaconus verò, & Subdiaconus, quia duo erant, per 26. hebdomadas in Ecclesia, & per 13. in Capella, eò quodd per unum juvabant Missas cantare per annum. Et sic quemlibet

B 2

Subdia-

Subdiaconum, & Diaconum annuatim continget vacare hebdomariatu, 13. Septimanis.

Hæc prædicta erant distincta specialiter, & officia, & emolumenta, & percipientes justo titulo tenentur officia adimplere. Insuper unicuique Canonico per 12. modios siliqnis circa festa SS. Galli, & Martini, unus porcellus, aut carnis brevium, & decimæ de vinea *in Tynecz* dabantur.

Persona Regens Bona Monasterij, & Monialium, omni Anno, ea quæ dicta sunt, pro officijs prædictis tenebatur de Jure, & consuetudine ministrare.

Itèm ad alias Horas, & officia non erant soliti convenire, nisi eisdem specialis, & consueta consolatio dabatur.

Quod si aliquis ab interesse se subtraxit, ipsâ consolatione carebat, & poenam aliam incurrebat.

Sicut ad Matutinas in Nativitate Domini, ad cantandum versum ultimum cum strophis, & *Te DEUM Laudamus*, & Missas.

In prima Missâ, vacans Subdiaconus debebat cantare : *Laudem Deo*; & Abbatissa cum Conventu, & Clericis, & Matronabus, datis denarijs pro Offertorio, & cuilibet Legenti Missam per sex parvos, & in Aurora, ac minori Missâ per unum grossum consuevit offerre, & temper obtulerunt.

In alijs quoque Festis, quibus Ministri sacris induiti vestibus ad Altare ministrantes sua exercebant officia, grossum obtulerunt. Et ad Processionem ipsâ die convenire consueverunt. Si quis autem huic non interfuit, refectio, & pecunia datâ pro ipsâ, quia ipsâ die dabatur refectio, vel pecunia pro eadem à Monasterio, carere debebat, & inter præsentes absentiū portio dividebatur. Et sic omnibus alijs temporibus, quibus solebant fieri pitantiæ, seu distributiones, erat consuetum, absentes nihil percipiebant, & præsentes fructum debitum facientes inter se distribuebant, juxta dictum : *Qui non laborat, nec manducet.*

Itèm in Matutinis, in Coena Domini, & sequentibus tribus noctibus, ad *Benedictus*, & sequentia cantanda convenerunt. Si aliquis se absentavit, portione offertorij carebat.

Itèm

Itèm, in Pañchate ad primum pulsum, & tactum campanæ ante matutinum ad tollendam crucem conveniebant, ad quam Abbatissa cum Senioribus Monialibus quatuor grossos ad minimum offerre consueverat.

Ac in visitatione sepulchri per Conventum Diaconus *Saluatoris*, Subdiaconus *Angeli*, & ambo Apostolorum : *Joannis*, & *Petri*, Presbyter Dominicam, repræsentantes personas, consueta fecerunt. Offertorium ad Crucem, sepulchrum, mensam, & Altare inter se more consueto hebdomadarij diviserunt, communem cantum communiter omnes cantabant.

Ad processionem, & Missam, consuetum erat venire, & negligentes refectio, vel pro ea portione quæ dabatur ipsâ die carebant.

Ad Vesperas in Vigilia Nativitatis Christi, & in diebus Nativitatis ejusdem, *Stephani*, & *Joannis*. In prima Vespera Epiphaniæ, in Purificatione in utrisque Vesperis.

In Vigilijs *Boleslai*, *Mlada*, *Wratislai*, & *Cunegundis*.

In Annuntiatione, in vigilia Paschæ, & tribus diebus sequentibus.

Trinitatis, Corporis Christi, Viti, Joannis, Procopij, Mariæ Magdalenæ, Coronæ Domini, Assumptionis, Nativitatis Mariæ, Ludmillæ, Wenceslai, Michaëlis, Omnium Sanctorum, & Receptionis convenire solebant, & pro pietantia 4. pintas cum dimidia vini, vel medonis, & de Cerevisia staphus magnus, seu ansa sapidi potûs in mundis vasis, pro qualibet visitatione vesperarum præsentibus Ministris, ad Missas verò, in quibus dabatur refectio, vel pro refectio 36. grossi, convenire solebant.



§. V.

§. V.

De quibusdam Foundationibus ad S. Georgium pro Canonicis ejusdem Ecclesiae factis.

IN diebus Nativitatis, Epiphanie, Paschæ, Georgij, Pentecostes, Assumptionis, Wratislai, Dedicationis, Wenceslai, ab antiquo per Abbatissam Cunegundem, filiam Przemyslai, quæ recepit habitum Monasticum Anno Domini 1302. die Sanctæ Mariæ Magdalene, & in suo Anniversario 5. Kalend. Decembris, de Bonis Zwanowicz, Strzemelicz, & Haczky, Monasterio per eam provisæ, duas refectiones dari instituit, & septem pitantias.

Et in passione S. Ludmillæ per Hostiam de Petrowicz, pro domo in Praga data Monasterio, convenientibus, & interessentibus refectionem instituit ministrari.

Itèm in Epiphania ad Coledam ante Abbatissam conveniebant, quæ eisdem 36. grossos pro toto offerebat, potus vini, & cerevisiæ finè mensura.

Itèm, in Coena Domini, ad benedicendum panem, favum mellis, pisces, & oblatas, ad faciendum mandatum conveneunt. Ubi pitantia vini, cerevisiæ cum mensura, unus pisces, unus panis, favus mellis unus, omnibus, & cuilibet præsentि Canonico, fasciculus oblatarum, 16. oblatas continentæ, offerebatur.

Custrix, ad Matutinum Sacrae Noctis, Nativitatis, cuilibet per candelam combinatam, & reflexam, & in Epiphania 9. grossos. 9. nuces muscatas, duas pintas vini, & de cerevisia, pro 6. parvis, 9. hussalas in valore 9. grossorum de pura simila, 9. sexagenas nucum, 144. poma, & totidem pyra. Et in Vigilia S. Georgij. 4. grossos, in die S. Cordule. 4. grossos, in Missis Defunctorum ministrare, & dare Dominis Canonicis consuevit, & tenebatur.

Itèm,

Itèm, quælibet Monialis in sui receptione refectionem Dominis Canonicis, & hebdomadarijs offertorium, vel pro ea Abbatissa dare tenebatur.

Itèm in relatione Monialium, & Benedictione Abbatissæ, refectione omnibus solennior, & offertorium uberioris hebdomadarijs dari erat consuetum.

Itèm, in Purificatione cum candelis benedictis, Abbatissa, & Moniales, & in Palmis, cum palmis offerebant plus solito.

Itèm, in Vesperis de Passione, & Translatione S. Ludmillæ, Abbatissa cum Conventu pergebant ad offertorium.

Itèm in Missis Defunctorum Boleslai, Mlade, fundatoris Wratislai, Cunegundis Abbatissæ, & Hostislave Abbatissæ Felicis, & Adaucti, & in sepultura uniuscujusque Monialis, ad Altare ubi erat Missa, Abbatissa grossum, quælibet Monialis per unum denarium de pecunia Monasterij offerebant, quod ad minimum ad 7. grossos se extendebat.

Itèm, unicuique Presbytero Missam legenti Defunctorum, sex parvos offerebant.

Itèm, quidquid offerebatur in Altari infra Missam, per quemcunque oblatum fuerat, aut in sepulchris mortuorum, & in die Parasceves, Ascensionis, à manè usque ad vesperum, & Sancti Wenceslai post Missam, usque cras post Missam, ad Crucem, & Sanctuaria, commune erat omni interessentium, & præsentium Canonorum.

S. Cunegundis Abbatissa filia Regis Przemyslai, Canonicis duas refectiones, & bibitiones, 8. Vespertinas, de bonis supra dictis, ut in literis Testamenti expressum est, instituit fieri perpetuis temporibus duraturas, & per suas Successores Abbatis, Rectrices, & Rectores Monasterij servaturas.

Itèm ipsa prædicta S. Cunegundis Abbatissa, primò admisit, Canonis habere Vicarios, ut & per se, vel per alium finè S. Georgij præjudicio Officiorum suorum Canonorum, qui semper admittuntur Vicarij. quilibet Canonicus saltè in his ordinibus sit, aut ad ordines promoveatur tempore à Jure concessò, ut suum per se, vel per alium distinctum possit peragere officium, & præstiti sibi Beneficij capax efficiatur, maximè prætendendo, quod auctis Clericis,

Clericis, Divinus cultus etiam augeatur, nec per hanc admissionem abstraxit Canonicos, nec poterat adstringere, quin quilibet Canonicus potuerit per se, sine Vicario, suum, & suæ præbendæ officium adimplere; nec Vicarijs aliqua emolumenta specialia est largita, sed quantum quilibet de suo emolumento volebat dare, & voluntariè impertiri.

Itèm, Dominus *Albertus* miles quondam Præpositus, hereditatem, seu redditus in *Drzinow*, dimidiam alteram marcam comparando, & molendinum in *Ugezd* ad *S. Annam*, Ecclesiæ *S. Georgij* prædicti est elargitus, ut de *Drzinow* memoria fieret *Hofislavae* uxoris suæ in suo Anniversario, die *Felicitis*, & *Adauerti*, 18. grossos inter præsentes Vigilijs, Missæ, & Commendationibus dividendos. Unum grossum Presbytero cantanti Missam, & ad Offertorium septem grossos, Campanarijs unum grossum, pauperibus grossum. Et in suo Anniversario tantundem expendendum prædictis personis, dictam largitionem suam, & possessores ejusdem, videlicet Ecclesiam, & Rectores Ecclesiæ honoravit.

Quod semper observatum erat de *Drzinow*, in memoria uxoris suæ *Hofislavae*. Ipsius autem largitoris *Alberti*, nulla fiebat memoria, neque Anniversaria dies sciebatur.

Itèm de *Joannis*, dicti *Tyrhomca*, dono, institutione, & memoria est jam dictum. Itèm, de dono, & institutione, suæ, & suorum parentum memoriæ, & quis tenere debeat bona per Dominum *Joannem Zlebowecz*, largita.

Itèm, *Sophia* Abbatissa in Religione exemplaris reparatrix Monasterij, & ex vetustate collapsi, & ignis voragine consumpti liberatrix, & auctrix bonorum temporalium, cuius tempore Monasterium, & personæ Monasterij Religiosæ in Divinis institutis profecerunt, & in temporalibus auxilijs ad ducentas Marcas creverunt, in redditus annuatim, & ut sui, & suorum Parentum memoria haberetur, de suo dotalito virgini Marcas, specialiter in *Mileticz*, & *Donczicz* comparatas, plantias Monialibus procuravit, & Canonicis unam sexagenam in *Mileticz* legavit, quam prædictus *Serzecc* tenendo, ut mandatum ab eadem accepit, & sua Successore, in suo 5. Idus Aprilis,

Aprilis, & Patris sui in die Timothei, *Bobuslai*, Matris suæ *Sedslavae*, per 18. grossos dividendos, inter præsentes Canonicos, Vigilijs, Missæ, Commendationibus administravit.

De *Hofislai* Doctoris memoria, jam est superius dictum.

Itèm, ex consuetudine Antiqua, Dioceſanus in diebus *Sancti Stephani*, Feriâ secundâ Paschatis, in Dedicatione, Feriâ secundâ Pentecostes, & S. Michaëlis, Missam tenebatur per se, vel per alium Pontificem celebrare.

Itèm, Chorus Pragensis à Paschate usque ad Festum Sanctæ Trinitatis, quolibet die Dominico, & Festis Sanctorum, Georgij, Ascensionis, Viti, Assumptionis, etsi festum die Dominicano occurrerit, Wenceslai, Michaëlis, Ludmillæ, Omnium Sanctorum, Nativitatis Christi, Stephani, Joannis, Innocentium, & in Epiphania, ac in Purificatione, & in die Cinerum, ac in Vesperis in die Sanctæ Luciæ, & ad imponendum o Sapientia! & in Anniversario *Wratislai* ad sepulchrum suum Vespertas defunctorum cantandas consueverunt cum suis Processionibus visitare.

Elisabeth Abbatissa S. Georgij, fuit soror germana *Hofislai* Decani Sacensis, Officialis Curiæ Archi-Episcopalis Pragensis; hic dum adhuc in humanis ageret, *Elisabetha* adhuc in minoribus constitutæ, quadraginta sexagenas grossorum Denariorum Pragensium reliquit disponendas ad pia vota, prout ei videbitur expedire. Pro quibus quidem pecunijs, cum scitu, & voluntate, expressoque consensu Dominæ Abbatissæ, quæ tunc fuit, & Conventus Sanctimonialium dicti Monasterij S. Georgij, quatuor sexagenas grossorum Census comparavit, quem per multa tempora tenuit, & possedit. Fructus, redditus, & proventus, in, & ex eodem provenientes percipiendo. Qui quidem redditus, & proventus percepti, & per ipsa tempora reservati, se extendebant ad Summam quinquaginta sex eorumdem grossorum. Demum ipso censu quatuor sexagen: pro me (sic ait in literis ipsa) pro quadraginta sexagen: grossorum vendito, & pecuniâ hujusmodi utraque insimul congregatâ, & præsertim propter utilitatem, & profectum dicti Monasterij, bona quædam ad ipsum Monasterium pertinebant, videlicet:

videlicet: *Knyezicze, Knyeziczky, Jawornik*, adjacentia Castro *Brada*, pro alijs bonis, videlicet Villa *Nepolis* eidem Monasterio multum utili, & commoda, de consensu dicti Conventus commutavi, & præter illa de Bonis dicti Monasterij addebantur superaddi hujusmodi nonaginta sexagen: tam pro censu hujusmodi vendito, quam etiam per ipsa tempora congregatas, ordinans nihilominus, & de voluntate Reverendissimi in Christo Patris, & Domini Domini *Joannis Sancte Pragensis Ecclesie Archi-Episcopi*, Sedis Apostolicæ Legati, ac Conventus dicti Monasterij disponens, quod de eadem Villa *Nepolis*, pro eisdem Nonaginta Sexagenis, Domina Abbatissa ipsius Monasterij, quæ pro tempore fuit, novem sexagen: grossorum singulis annis, & perpetuo in Anniversario meo dare, & distribuere in hunc modum debet.

Primò, pro pitantia ipsarum Sanctimonialium, & pro prandio earum in communi fiendo. Custrici ad procurandum candelas, 4. gross.

Itèm Canonicis Divinis interessentibus, & propiciatorio. 20. gross. Campanarijs alterum dimidium gross. Pauperibus ante portam Monasterij tantundem, & pro vivis, & defunctis, & his qui adhuc bona eorum largiti sunt, & impostorum largientur.

Ex Nona autem, & ultima sexagena, ad priorem pensionem duorum grossorum quæ dari est solita, dabitur omni Sabbatho, 1. grossus.

Itèm, de censu duarum Sexagenarum in villa *Neradicz* per ipsum germanum meum (ait ipsa in literis) etiam similiter relieto, ipsa Domina Abbatissa omni septimanâ, videlicet, feriâ secundâ, Ministris Missam Defunctorum cantantibus dabit duos grossos. Residua verò omnia quæ supererunt, pro candelis conservet, & sibi pro labore suo reservabit.

Et hæc omnia, & singula per ipsam Dominam Abbatissam debebunt adimpleri sub poena suspensionis ab ingressu Ecclesiæ. Subscriptæ: *Bobunca Priorissa, Agnes Custrix, Ludmilla Supriorissa, Anka Infirmaria, Jutka Oltiaria, Margaretba Pucz-wicin, Sudka Cameraria, Catharina Stukonis*, totusque Conventus Monasterij *S. Georgij*.

Con-

Confirmavit *Joannes Archi-Episcopus Pragensis*.

Butko Plebanus S. Mariæ Magdalenæ, & Minister Ecclesiæ S. Georgij Castrii Pragensis, de bonis à Deo sibi datis, & collatis, & intuitu personæ suæ acquisitis, dedit, & donavit sanus mente, & corpore dictæ Ecclesiæ, & Dominis Canonici, jugiter in eadem Deo famulantibus viginti sexagenas grossorum Pragensium in pecunia parata, pro quibus dicti Canonici duas sexagenas grossorum Pragensium, annui, & perpetui censūs, in, & super domo *Nicolai Notarij Actorum* sitæ ante portale Monasterij S. Mariæ in pede pontis Minoris Civitatis Pragensis emerunt, & compararunt, Anniversarium, & diem obitūs dicti *Budkonis* de eisdem pecunijs per modum subscriptum deponentes, & ordinantes. Ità videlicet, quod singulis annis in perpetuum Domini Canonici in Anniversario ejusdem *Budkonis* dabunt, & expendent pleni refectorium pro fe per medium, & Vicarijs per medium, Vigilijs, Missæ, & commendationibus intercessentibus.

Itèm pro Offertorio duos grossos, pro Candelis duos grossos, pro decem Missis legendis quinque grossos, campanarijs unum grossum, Matronabus duos grossos, pauperibus pro pane ante fores Ecclesiæ unum grossum, cæteras verò pecunias dictarum duarum sexagenarum, quæ post dictam distributionem resultaverint, pro panibus reservabunt.

Obiit, Anno Domini, 1381. 7. Kalend. Januarij.

Itèm Dominus *Wlczko*, Plebanus *S. Stephani*, in muro Civitatis Pragensis, de bonis à Deo sibi collatis, & comparatis, septem marcas graves perpetui censūs in villa *Dubrawicz* legavit, eásque incorporavit Ecclesiæ *S. Georgij*, & pro Canonicis jugiter ibidem Deo famulantibus. Itaque quod singulis annis in perpetuum dicti Canonici, in Anniversario ejusdem *Wlczonis*, triginta quatuor grossos expendant, & procurent in hunc modum.

Primò, Dominis Canonicis, 18. grossos, deinde Vicarijs, 9. grossos, pro Missa Cantata, & Offertorio, duos grossos, Matronabus unum grossum. Campanatori unum grossum, pro lumenibus parvis duos grossos, pauperibus ante fores Ecclesiæ

C 2

pro

pro pane unum grossum. Residua pars hujus censūs resultans, ut Divinus cultus augeatur, & sui, & suorum progenitorum memoria habeatur, pro panibus, & distributionibus quotidianis reservetur. Qui obiit, A. 1352. 18. Kalend. Januarij.

Itēm, Dominus Petrus, dictus Mudrak, Civis Pragensis, & Dominus Thomas dictus Siercz, Canonicus S. Georgij, comparârunt de bonis à Deo ipsis collatis, decem sexagenas grossorum perpetui censūs cum 46. grossis, & duodecim pullis, in Villa dicta Radun prope Rejp, cum toto Dominio, usibus, fructibus, utilitatibus, ut in literis, & Tabulis Terræ lucidiūs continetur: conferentes Dominis Canonicis, ea pro ipsis, & Ecclesia Sancti Georgij in perpetuum regendum, tenendum, ac pleno jure possidendum, prout ipsi habuerunt. Anniversaria eorum in hunc modum affectantes.

Primò, in Anniversario Domini Petri prædicti procurent triginta quatuor grossos, in hunc modum. Dominis Canonicis, 18. grossos, deinde Vicarijs, 9 grossos. Pro Missa cantanda, & offertorio duos grossos. Pro luminaribus parvis duos grossos. Matronabus unum grossum. Campanatori unum grossum. Pauperibus extra Ecclesiam, unum grossum pro pane. Residua pars hujus censūs resultans, ut Divinus cultus augmentetur, & eorum amborum parentum remedia habeantur, pro panibus, & distributionibus quotidianis reserventur. Obiit verò, Anno 1363. 18. Kalend. Julij.

Itēm, in Anniverlario Domini Thomae Siercz, Domini Canonici procurent de Radun, 34. grossos. Dominis Canonicis, 18. grossos. Vicarijs, 9. grossos. Pro Missa cantanda, & Offertorio duos grossos. Pro Candelis parvis duos grossos. Matronabus unum grossum. Campanarijs unum grossum, pauperibus foris Ecclesiam unum grossum. Residuum pro panibus quotidianis reservetur. Qui Obiit, Anno 1357. 2. Kalend. Septembri.

Itēm, Dominus Mauritius, Vicarius Ecclesiæ S. Georgij Castri Pragensis, de bonis à Deo sibi collatis, Dominis Canonicis donavit, & reliquit ipsis in Ecclesia prædicta jugiter famulantibus, 60. Sexagenas grossorum Pragensium, minus duabus

sexagenis

sexagenis in parata pecunia. Pro quibus quidem pecunijs, Domini Canonici comparârunt vineam solemnem in monte Zunperg dicto, temporibus perpetuis pro honore dictæ Ecclesiæ, & animæ suæ, ac parentum suorum remedio duraturam. In Anniversario verò suo, dispositio est talis, ut Domini pro tunc Regentes procurent de eadem vinea quadraginta quatuor grossos in hunc modum.

Dominis Canonicis, 18. grossos, deinde Vicarijs, 18. grossos, pro Missa Cantanda, & Offertorio, duos grossos, pro candelis parvis duos grossos, Matronabus duos grossos, Campanatori unum grossum, pro pauperibus foris Ecclesiam, unum grossum pro pane. Residuum pro panibus, & distributionibus quotidianis conservetur. Obiit anno 1380. Idibus Julij, in divisione Apostolorum.

Quintâ die Sancti Timothei, sequenti die post festum Sancti Vincentij obiit Dominus Cunradus, dictus Cunratik, Canonicus S. Georgij in Castro Pragensi, qui Dominis Canonicis, & Ministris ejusdem Ecclesiæ unam sexagenam grossorum censūs annui donavit, per Altaristam Corporis Christi in Ecclesia Pragensi in Slywen solvendam. In cuius Anniversario die præscripto per agendis Dominis Canonicis Requiem, 18. gross. Vicarijs eorundem, 9. gross. & Campanarijs unum grossum, & hoc perpetuis temporibus debet per eosdem Dominos Canonicos, & Vicarios observari sub poena arrestationis censūs prædicti.

In die S. Gotthardi obiit Dominus Cunffo, Canonicus Ecclesiæ S. Georgij in Castro Pragensi, qui donavit quinque sexagenas grossorum Denariorum Pragensium pro emenda media sexagenam censūs annui, & perpetui, pro Dominis Canonicis, & Vicarijs ejusdem Ecclesiæ S. Georgij, in ipsius Anniversario dividenda, in hunc modum. Primò: Dominis Canonicis decem grossos. Vicarijs quinque, Campanatori unum grossum, & unum pro pane, pro Missa cantata unum grossum. Residua verò pecunia pro panibus quotidianis, Dominis Canonicis reservetur.

Annô 1390. Sequenti die post festum S. Vitalis, obiit Magister Nicolaus Pastillus, Canonicus Ecclesiæ S. Georgij in Castro Pragensi,

gens, qui donavit decem sexagenas grossorum pro emenda una sexagena censūs perpetui pro Dominis Canonicis, & Vicarijs Ecclesiae S. Georgij supradictæ. In cujus Anniversario, Dominus protunc Regens bona communia eorundem Dominorum Canonicorum expendet infra scripta. *Primo*, Dominis Canonicis, 18. grossos. Item Vicarijs eorundem novem grossos. Presbytero Missam cantanti unum grossum. Pauperibus pro pane unum grossum, & Campanatoribus unum grossum. Residuum vero partem pro panibus reservabit.

Annō 1387. in die undecim millium Virginum, obiit Dominus *Benesius*, *Canonicus Ecclesie S. Apollinaris Pragensis*, olim *Canonicus Sancti Georgij in Castro Pragensi*, qui *Dominis Canonicis ejusdem Ecclesie S. Georgij in Castro Pragensi dedit*, & donavit unam sexagenam grossorum cum media sexagena super domo *Weyficz* in Nova Civitate Pragensi, & unum viaticum. In cujus Anniversario, Dominus pro tunc Regens bona communia eorum Dominorum Canonicorum expendet infrā scripta.

Primo, Dominis Canonicis, 18. grossos. Item Vicarijs eorundem 9. grossos. Campanatoribus unum grossum. Presbytero Missam cantanti unum grossum, Matronis unum grossum. Et hoc singulis annis, temporibus perpetuis faciendo.

Annō 1399. 8. Mensis Aprilis, *Henricus*, Plebanus Ecclesiae in *Jeczawicz* legavit 8. sexagenas grossorum Denariorum Pragensium in villa *Trzevoradicz* apud Dominum *Martinum Rotlew Colodey*, pro *Canonicis S. Georgij*, ab ipsis Anniversarium suum peragendum.

Eodem anno, 1399. *Joannes Cziedle Canonicus ad S. Georgium* iisdem Canonicis pro suo Anniversario legavit duas sexagenas. Canonici tunc temporis ad S. Georgium erant, ut apparet in literis Fundationis: *Nicolaus Puchnik* Licentiatus in Decretis, *Nicolaus de Wfferb*, *Wenceslaus dictus Obeslo*, *Gregorius dictus Gregora*, *Nicolaus dictus Pictor*, *Joannes dictus Cziedle*, & *Joannes de Duba*. Aliique eorum Vicarii.

Cunegundis dicta Kolowratowna Dispensatione Divina Abbatissa Monasterij S. Georgij Sanctionialium Ordinis S. Benedicti in Castro Pragensi emit, & deputat certos censūs pro certis solennitatibus Ecclesiae

Ecclesiae S. Georgij, & certi sunt grossi, qui dantur Monialibus canentibus, & Presbyteris Præbendatis, & Vicarijs, & Scholaribus, &c. dicti Monasterij. Hujus autem Fundationis curam habuerunt Virgines Sororinæ ipsius Abbatissæ, *Offka Priorissa*, *Catharina Custrix*, *Dorothea Infiraria*, *Elisabeth Capellanie Praes*, & *Anna cognata nostra*: ipsis verò mortuis, si qua fuerint in Monasterio Virgines ex cognitione Kolowratiana, alioquin Priorissa.

Anno 1392. die S. Leonardii, Benedictionis nostræ anno quinto. Confirmat *Joannes Pomuk* omnia, quæ Religiosa Dominicella statuit. Anno 1392. 14. Decembris. Nominatur in his literis debitor *Gimramus de Rziczan*.

Addit P. Bohuslaus Balbinus Volumine 4. Erectionum fol. 90. *Ex hoc loco cuique datur intelligi, in Ecclesia Sancti Georgij non modò Canonicos, sed etiam Vicarios, & Scholares fuisse. Item Virgines Sacras accepisse pecuniarios census, ac denique non paucas Virgines ex Illusterrima Stirpe Kolowrataeorum Procerum in hoc Sacro Parthenone vitam Religiosam excoluisse.*

Idem prænominatus P. Balbinus S. J. volumine, 4. Erection. fol. 97. sic habet: *Elocatio Curie in Stratiwnicz Præbende S. Georgij in Castro Pragensi. Joannes Dei gratia Sancta Pragensis Ecclesia Archi-Episcopus, &c. Constitutus coram nobis Honorabilis Bussko de Skubrow Canonicus Præbendatus Collegij S. Georgij in Castro Pragensi, Ordinario Nobis jure subjecti, &c. &c. & de arbitrio duorum Canonicorum Ecclesie S. Georgij, &c. 1387. 13. Maij.*

Post hæc ibidem addit præcitat P. Balbinus: *Certissimum haberi debet, Collegiatam Ecclesiam olim ad S. Georgium fuisse, ut ex hoc loco, & ijs quæ ante attulimus, patet. Equitum de Skurow familia, nostrâ atate perijt, inclita gestis militaribus, & summa in res sacras pietate. Idem ibidem.*

Anno 1407. in die S. Martini obiit Dominus *Joannes Miedle Canonicus S. Georgij in Castro Pragensi*, & Rector Altaris S. Agnetis, & S. Alexij in Ecclesia Pragensi, qui pro Dominis Canonicis Sancti Georgij, & eorum Vicarijs, duas sexagenas censūs perpetui in villa *Slatina*, assignavit.

P. Balbinus Volum. 10. Erectionum fol. 204. sic habet: *Obligatio famosi viri *Mattbia*, dicti *Brus de Kowarzow*, armigeri Pragensis*

Pragensis Dicecesis, super bona sua super ceniū. 3. Sexagen. pro Canonicis Ecclesiae *S. Georgij* in Castro Pragensi, qui ei sum-
mam, 30. Sexagen. dederunt, de Consensu honorabilium, &
famosorum Virorum Domini Nicolai *Udalrici* Pragens: & Wis-
sifradensis Canonici, *Henrici* dicti *Colman de Krzikawa*, residen-
tis in *Oborziſt*, & *Otticonis* dicti *Radpil de Zdiar*, qui villam *Kowa-
rzow* in Tabulis habent inscriptam, anno 1415. 3. Junij.

Henricus Colman de Krzikawa, is est, qui postea ab haereticis,
dum Catholicæ fidei nuntium remittere nollet, crudelissimè
cæsus est, annis post hinc sex, aut septem in *Oborziſt* Castro
suo.

Idem *P. Balbinus* Volum: 10. Erectionum, fol. 212. sic ha-
bet: Duæ sexagenæ grossor: censûs in *Slana* pro Vicarijs *Sancti
Georgij* in Castro Pragensi. Literæ Bohemicæ. Ibidem appella-
lantur Vicarij: *Rněj Třiednicy Swato-Girſſtj.* 1415. 23. Ja-
nuarij.

Hæc de Canonicis ad *S. Georgium in Castro Pragensi* dicta
sufficiant. Jam ad alia progrediamur de Monasterio *S. Georgij
Sanctimonialium Ordinis Sancti Benedicti*.

§. VI.

*B. Milada, vel Mlada (quam Joannes Papa
hujus nominis XIII. vocavit Mariam) introduxit ad
S. Georgium in Castro Pragensi Sanctimoniales Ordinis
Sancti Benedicti.*

Dictum est initio hujus capitatis, §. I. à Duce Bohemiæ *Wra-
tislao*, Ducis itidem Bohemiæ *Borzivogij*, & *S. Ludmilla*
Martyris filio, Ecclesiam *S. Georgij* Martyris in *Castro Pragensi*
suisse ædificatam anno 912. & anno 913. perfectam. Ad quam
introducti sunt *Canonici*, hancque Ecclesiam soli per se rexe-
runt, donec *B. Milada* venisset *Pragam*, & possessionem acce-
pisset cum *Sanctimonialibus Ordinis Sancti Benedicti* ad *S. Georgium*,
secundum

secundum *Hagecium*, anno 967. secundum *P. Balbinum*, & *Geor-
gium Crugerium*, 971.

Quibus *Monialibus* intrantibus, tamen *Canonici S. Georgij*
emolumenta specialia perceperunt, distinctaque officia in cul-
tu Divino (ut suprà probatum est,) exercebant, uti eorum
Antecessores à tempore Romanorum Pontificum; *Cœlestini*,
Bonifacij, *Clementis*, *Joannis*, *Benedicti*, *Clementis VI.* & *Innocentij*.
Regumque Bohemiæ: *Wenceslai*, item *Wenceslai*, *Rudolphi*, *Joan-
nis*, *Wenceslai*, seu *Caroli IV.*

Dioecesanorum verò Episcoporum Pragensium: *Tobia*,
Gregorij, *Joannis*, & *Arnesti Archi-Episcopi*.

Abbatissarum: *Anne*, *Sophie*, *Cunegundis* filiæ Regis *Przemys-
lai*, *Wracoza*, *Sophia de Pictywchoſt*, *Agnetis*, qui *Canonici* adepti
beneficia in eadem Ecclesia distincta exercebant officia, & re-
liqueerunt suis successoribus, uti soli à suis prædecessoribus con-
sueverant exercenda.

Quando autem, & quomodo *B. Milada*, seu *Mlada* cum suis
Monialibus *Ordinis S. Benedicti* ad Ecclesiam *Sancti Georgij* in *Ca-
stro Pragensi* subintraverit? antequam dicam: Sciendum est,
quod A. 929. secundum *Hagecium*, secundum alias, anno 939. *Cruger.*
Sanctus Wenceslaus, è Christianis Bohemiæ Ducibus, jam IV. re-
rum humanarum tædio affectus, suaque sponte ad Religiosam
modestiam amplius, quam ad tractandum sceptrum propen-
sus, *Romam Legatos Krzezobogium* scilicet, & *Blazislauum*, ad Ro-
manum Pontificem misserit, qui Bohemis Antistitem proprium,
Benedictinis Religiosis Cœnobium, sibique in illud ipsum immi-
grandi facultatem: aut verius à Cæsare jam impetrata, Papa-
lem impetrant benedictionem.

Sed legatio hæc suum effectum in nullo sortita est, quia
antequam expedirentur omnia quæ ad negotium conficien-
dum conducebant, Dux interea *S. Wenceslaus* à fratre occiditur.
Turbatis exinde rebus Antistitijs desideria, per *Ottonianam* anno-
rum quatuordecim bella planè sopiauntur. Pace cum Cæsare
compositâ, resuscitantur quidem Episcopatus *Prage* erigendi à
Boleslao Šævo, Duce Bohemiæ, secundum *Hagecium*, anno 965.
desideria, sed mors illius subsecuta, conceptum hunc intertur-
bavit,

bavit, & tandem Boleslaus Pius, intermediâ Virgine sorore suâ Miladâ, pridem præmeditatum Episcopatum Pragensem obtinuit, & ad Divi Georgij Virgines Sacré una cum Episcopatu, suum Parthenonem, secundum Hagecium, anno 967. secundum P. Balbinum, & Georgium Crugerium, anno 971. acceperunt.

Milada, seu Mlada, erat filia Duci Bohemiæ Boleslai Sevi, soror Boleslai Pij, Neptis S. Wenceslai, quam Pater frugi redditus, Latinis literis, ac deinde Sacrarum scripturarum notitiâ ad sæculi miraculum in Ratisbonensi Parthenone excultam, & innubem (quod ipsa unicè cupiebat,) reliquit. Romam mortuo Patre profecta, ab ipso Pontifice Joanne XIII. antè præscriptos à Canonibus annos velum accepit, eique Pontifex inter Sancti Benedicti Vestales novum Marie nomen imposuit, Romæj, (secundum P. Balbinum) anno Domini, 971. consecravit, Infulâ insuper, pedoque Abbatiali tanquam primam Sancti Georgij Abbatissam solenniter donavit, ab ipsoque Pragenses Infulas pro Episcopo, itemque sua Abbatia ad Divi Georgij impetravit, & ad Sacrum Ordinem Benedictinorum, Romanas aliquas, Germanas deinde, ac maximè domesticas, sive Bohemas Viragines attraxit, pro iisque Pragæ ad Sanctum Georgium Parthenonem erexit, & ex Principali sua hæreditate dotavit, ejusque Cœnobij prima Antistita (Abbatissam vocant) evasit.

Inter quas postliminiò ad S. Georgium in Castro Pragensi, inter Sacras Virgines numerabantur ex stemmate Rosenbergico, Sternbergico, Koloratiano, Wartembergico &c.

Hæc jam dicta, confirmo omnia versibus Poëtæ cuiusdam :

Hâc actrice tulit Pragensis Episcopus ortum :

Multa ad vota Ducum, quem minus antè tulit.

Hinc quoque laus Mariae : licet absit plenior actas,

Hanc Velo Papæ dextera diva tegit.

Hanc Abbatissam decorat cidarique, pedoque,

Parthenio ut præsit, major honore, lari.

Apud P.
Crug-
rium 9.
Februa-
rij.

Virtutum

Virtutum studijs, studijs imbuta Minervæ,
Parthenio evasit digna præesse choro.
Parthenij Claustrî dum vulgat ubique vigorem
Fama, hoc primus init Nobilitatis bonos.
Nobile schema ROSAS hic transmisere Rosenses,
Et Sternbergiacus, sidera clara, polus :
Huc multæ adveniunt, & lectior incola Princeps,
Quæ Bona data Ratis, quæ Sacra Roma dedit !
Huc quoque vicinæ mittunt sua pignora GENTES,
Virtutum Mariae quas pius afflat odor.

B. ergò Milada, Mlada, jam à Pontifice dicta Maria, Sanctorialis S. Benedicti consecrata, Româ Pragam redux, omnia quæ Romæ vidit, & audivit, Fratri suo Boleslao Pio recentuit, & ei Papales literas extradidit, quæ de verbo ad verbum sic sonant.

Joannes Servus Servorum DEI, Boleslao
Catholicæ fidei Alumno, Apostolicam
Benedictionem.

Joannis
Papæ,
13. lite-
ræ A-
postoli-
cæ cri-

Justum est benevolas aures justis accommodare petitionibus, quia gentis Deus est justitia, & qui diligunt Deum justificabuntur, & omnia Pragen- sem E- diligentibus Dei justitiam coöperantur in bonum: Filia Nostra, Tua re-pisco- lativa, nomine Mlada, quæ & Maria, inter ceteras haud abnegan. patum, das petitiones, cordi nostri dulces intulit ex parte tui preces, scilicet ut & Par- nostro affensu in tuo Principatu, ad laudem, & gloriam Dei, & Ec-theno- nem clesiae, liceret fieri Episcopum. Quod nos utique late animo suscipi- & Sancti monia- lium Georgij, A. 971.

Unde Apostolicâ authoritate, & Sancti Petri Principis Apostolo- rum potestate, licet tamen indigni sumus Vicarij, annuimus, & collau- damus, atque incanonizamus, ut ad Ecclesiam SS. Viti, & Wences- laj

D 2

lai Martyrum, fiat sedes Episcopalis, ad Ecclesiam verò S. Georgij Martyris sub Regula S. Benedicti, & obedientia filia Nostra Abbatisse Mariæ constituantur Congregatio Sanctimonialium. Verūtamen non secundūm ritus, aut sc̄tam Bulgariae gentis, vel Russie, aut Slavonica Lingue, sed magis sequens instituta, & decreta Apostolica, unum potiorem totius Ecclesiae ad placitum in hoc opus eligas Clericum, latinis apprimè literis eruditum, qui Verbi vomere novalia cordis gentilium scindere, & triticum bona operationis ferere, atque manipulos frugum nostræ fidei Christo reportare sufficiat. Vale.

Primus Intereà Dietbmarus, sive sub fœtum S. Wenceslai Ducis, &
Episco- Martyris, eodem anno 971. sive ex occasione ejus Sacra-
pus Pragen- rum Reliquiarum venerandarum alias *Pragam* adiit, eâ pietate,
sis. cùm esset insuper linguae nostræ valdè peritus, & ut volebat
Romanus Pontifex, rituum Latinorum seftator egregius, ita
Boleslaum Pium Bohemiæ subindè imperantem coepit, ut de eo
Episcopali throno admovendo serio cogitaret, atque pro *Saxo-*
ne, apud *Saxonem Cæarem Ottонem I.* seu *Magnum*, id generis
beneficium facilè impetraret, & Regalia, (quem Admodum
vocant) acciperet.

Milada, seu Mlada, vel prout ipsam nominavit Pontifex, Maria, postquam omnibus virtutum exemplis Alumnas, & Amatas suas, magis quam imperio rexisset, ad Deum in aeternitate temporum laudandum, quo illam sua merita vocabant, evolavit ad cælum, Annis, & gratijs cælestibus plenissima, anno 994. 9. Februarij secundum Crugerium in Sacris pulveribus, 9. Februarij, secundum Vetus Breviarium illius Parthenonis, 8. die Februarij. Sepulta est in Parthenonis Capitulari Ecclesia sub marmore altiore. Beata titulum omnis retro antiquitas Milada tribuit, ipsumque etiam altius ab humo elatum in Sacario B. Anne sepulchrum loquebatur.



§. VII.

*Reges Bohemiæ amant, & dotant Monaste-
rium S. Georgij Sanctimonialium, præsertim
Przemyslaus Ottokarus I.*

B. *Agnes Wladislai II. Bohemiæ Regis filia, ex Getrude Sancti De B.
Leopoldi Marchionis Austriæ filia, primùm Doxanæ inter Agnæc.
Virgines Norbertinas Religiosam vitam egit, deindè Rege Prze-
myslao Ottokaro I. fratre agente, ad S. Georgij Parthenonem Be-
neditinum regendum translata, ibidem Abbatissa est facta,
cui, & Cœnobio plurima beneficia frater Rex Przemyslaus Ot-
tokarus I. contulit. Audiamus tenorem literarum, qui ita sonat.*

In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis.

Ego Ottokarus Dei Gratia Bohemorum Rex, Praedecessorum meorum amplians indulgentias locis, & personis Religiosis concessas Agneti. Sorori meæ, & propter ipsam Ecclesiam Sancti Georgij Martyris, omnibusque succedentibus ei pro tempore concedo plenam Jurisdictionem in homines dictæ Ecclesiae, dans eidem sorori meæ liberam protestatem, ut ipso audiat, nemo aliis, quam ipsa judicet, coercent, & condemnent, exceptis causis sanguinis, & maleficijs, in quibus hoc volumus obtinere, ut per secularem judicem fiat animadversio in personis, condemnationibus, & rebus maleficiorum ipsi Ecclesiae applicatis, & tam in capite, quam in membris. Remitto servitutes reales, & personales quæ debentur jure consuetudinario Regni mei, quæ plenè superius sunt notatae. Ad perpetuam autem firmitatem sigillo meo roboro præsens scriptum, addens nibilominus pœnam hujus indulgentia violatoribus, seu turbatoribus infligendam, videlicet, ut quæcumque persona publica, seu privata, sublimis, seu infima nostrum frangerit hoc indultum, primum nostram, & successorum Nostrorum sentiat indignationem, & descriptas in privilegio concessas Ecclesijs omnibus, ad petitionem Gregorij Sancti Theodori Diaconi Cardinalis pœnas iuat.

De Pro-

§. VII.

Bona ad De Provincia que sunt circa castrum in villa Tinec, Natwinice, Mona- Suchidol, Kamik, Lichucewez, Nutomici, Gradec, Gufinec, Rese, Okori, sterium Kniesiwsy, Selunici, Knomizi, Golausi, Przestawliky, Wrbna, Tusetin, S. Geor- gj sp. Otwoici, Ownec, Boymieky, Brzenecy, Neradici, Breseni, Czirnkow, Etantia. Dusnici, Zwemizlici, Boranovici, Ztrefcow, Ztezlici, Ugrinewes, Borek, Kirnaz, Psary, Solopisci, Dudlepc, Dusnici, Nalucove, Nanewidi, Mo- cropsi, Leteb, Motol, Zabeblici, Kosur, Lubessow, Chraßani, Gereluci, Regleh, Otmeci, Brvezili, Lublin, Bezeb, Bniscicicz, Wlarze, &c. Vide fusiis de his bonis Bullam Gregorij IX. Papæ infra §. XXIV.

§. VIII.

B. Agnes Abbatissa S. Georgij, curat appro- bari Privilegia Monasterij.

Tenor Litera. **N**e propter hominum brevem vitam, probationum copia subtra- batur, ut omnis calumnijs hominum occasio precludatur, tam cum B. in contractibus, quam in alijs negotijs, non solum abundans, sed super- Agnetis, abundans necessaria est cautela. Ideoque ego Agnes Abbatissa S. Georgij Martyris, cuius Monasterium in Castro Pragensi situm, an- cillarum Dei ibidem Domino servientium humilis ministra, filia Incliti Regis Bohemiae Wladislai, præsens instrumentum duxi conficiendum, in quo Villas, possessiones, territoria, prædia, libertates, tam personales, quam reales Ecclesia Sancti Georgij primitus concessas à Glorio- so Rege Bohemiae Wladislao Patre meo, & postmodum renovatas à victorioso Rege Ottokaro Fratre meo, & remissiones servitutum, & omnia que ad jus, & dominium pertinet dicti Monasterij, precepi fide- liter consignari, ut ipsa consignatio, & conscriptio apud Posteros de bis, qua nunc geruntur, memoria sit perennis, & ad usus invasorum malitias valida munimenta. Hac etiam paginâ memorati Regis Ottokari fratris mei, & serenissima uxoris ejus Constantiae Regine Bohemorum, nec non Illustris filij ejus Wenceslai Regis Bohemorum Charissimi Nepotis mei, & ejusdem conjugis nurus mee, & Joannis viri Venerabilis electi Pragensis Ecclesie, & Baronum Bohemiae quam plurimi,

plurimi, qui in subsequentibus notantur, obtinui similiter testimonium, & subscriptionibus insigniri.

Prædiorum autem, & Villarum Nomina hac sunt, que omnia Ecclesia S. Georgij tempore Regiminis mei possedit, 40. annis conti- nuè, & amplius sine lite pacifice, & quietè, à censibus, & tributis, à publicis muneribus, videlicet ab edificatione Castrorum, à refectione pontium, à prosœka, à custodia murorum, à vigilijs nocturnis, que sunt in castris, à fossatorum cavatione, ab onere quod dicitur Pod- wod, & Prowod Čeſnē / & à Pogezda, à vectigalibus, que sunt cum Rex ad colloquium, vel exercitum est iturus, à gravamine quod dicitur Swod, & Člawia / & ab alijs injurijs libera, & exempta.

Et has libertates habuit Ecclesia S. Georgij tam in capite, quam in membris, in personis, & rebus, in habitis, & habendis, in prædijs, se- quidem memorati homines commorantes non trahuntur ad Judicium, Camerarijs publicis intrare bac predia non licet pro citandis reis, Con- fiscationis sententia, que Plen dicitur, locum non habet, à pena qua debetur facientibus Ot bog in his prædijs non debetur furto, seu quo- libet maleficio in prædijs comperto. Fur, vel maleficus traditur cu- ria seculari, facultates maleficii in usus Ecclesia commutantur, & ge- neraliter, vel omnes pena, sive mulcta, & condemnationes, & ad- judicationes tam super civilibus causis, quam super criminalibus facte in usum Ecclesia sunt concessa. Et licet ex his libertatibus, pleraque Pragensi Ecclesia per Gregorium Diaconum Cardinalem Sancti Theodo- ri fungentem Legationis officio in Regno Bohemia universaliter sint ob- tentæ, mibi tamen, & succendentibus, & propter me ipsi Ecclesia S. Georgij à fratre meo Rege Ottokaro specialius, & abundantibus sunt obtenta.

Subscripti: Ottokarus Rex, Constantia Regina, Wences- laus Rex. J. Episcopus Pragensis.



§. IX.

§. IX.

Rex Bohemiæ Ottokarus I. eximit Monasterium Sancti Georgij à certa exactione Castellani Wissebradensis, sub poena libræ auri ei prævaricatori infligenda, Anno 1224.

Tenor Literarum Regis Otto-
kari I.

Nos Ottokarus DEI Gratiâ Bohemorum Rex, dilectæ Sorori suæ Agneti, Sancti Georgij Abbatissæ, & Monasterio ipsius in perpetuum.

Non meretur Rex esse, nec Regis nomine vocari, quæ cœlesti Regis, suisque calicolis, qui adhuc militant intra se ipsum non impendit largiendo sua, & ab alijs collata conservando, & libertate omnimodâ tribuendo.

Eapropter Nos Serenissimi Patris Nostri Wladislai quondam Regis Bohemiae, qui Magnorum Monasteriorum Fundator extitit, & ipsorum defensor, quantum possumus ipsius vestigijs inherentes, te Soror dilectissima, & per te Monasterio Tuo Sancti Georgij, quod est Praha in Castro, pro animæ meæ remedio, etiam pro amore Tuo, & Parentum Nostrorum, etiam hanc in perpetuum concedimus libertatem, ut Castellanus Wissebradensis qui nunc est, vel qui pro tempore fuerit, exactiones tales, quæ vulgari vocabulo Pogezda, paganorum potius, quam Christianorum in villis dicti Monasterij, quas in presenti posset, vel impostorum justis modis poterit adipisci, exigere de cetero non presumat, exceptis duodecim denarijs publicæ monetæ semel in anno de quolibet manso illarum Villarum, quæ tali vexatione primitus vexabantur.

Si quis autem Herendum, vel Successorum Nostrorum contra hoc Privilegium ausu temerario presumperit, maledictionem Paternam pro Benedictione recipiat, & ultioni Divina, & gehenna ignibus deputetur. Verum si dictus Castellanus hanc concessæ libertatis paginam Diabolo

Diabolo suggestente infregerit, Nostræ, vel Successorum Nostrorum Camera libram auri persolvat, & amplius nihil juris habeat in iisdem villis. Episcopus vero Pragensis eundem Castellanum cogendi ad predicta observanda per censuram Ecclesiasticam, liberam habeat facultatem.

Actum, Anno Dominicæ Incarnationis, 1224. 5. Idus Octobris. Pontificatus Domini Honorii Papæ III. Anno IX. Regnante Illustrissimo Romanorum Imperatore, & Rege Siciliae Friderico, Anno IV. Hujus rei testes sunt videlicet filius noster Wladislaus Marchio Moraviae, Arnoldus Decanus, & Orso Canonicus Pragensis, Dominus Jaroz, Dominus Budivoy, Dominus Boruta, Dominus Vitko, & Henricus filii Vitkonis, Bobuslaus Camerarius noster, Hroznata Subcamerarius, &c.

Hæc omnia Privilegia B. Agneti concessa, ita M. S. Monasterij S. Georgij compendiârunt: anno 1224. 5. Idus Octobris Monasterij decrevit Rex Ottokarus frater Agnetis Abbatissæ Monasterij S. Georgij, nè ex villis dicti Monasterij plus pendatur, quam annuè orgij. à quovis duodecim denarij publicæ monetæ, sub poena persolvendæ unius auri libræ, ut patet in Privilegio, anno, & die suprà nominato, in Strahoff dato.

Eadem Abbatissa Agnes, filia Regis Wladislai, & soror Ottokari obtinuit privilegium pro Monasterio suo S. Georgij, cui præfuit 40. annis, ut quævis ex sibi succendentibus Abbatissis protestatem habeat, suos subditos regendi, culpandi, & puniendi: exceptis causis sanguinis, in quibus per sacerdtales Judices animadversio fieri debet in personas.

Item, ut Monasterium, & ejus bona à censibus, & tributis, atque à publicis muneribus, & oneribus, &c. sint libera, & exempta. In quo etiam specificantur omnia dominia, & bona ad præfatum Monasterium spectantia.

Fuit collationatum anno 1613. die 3. Julij.



§. X.

Alij Reges Bohemiae amant, & dotant Monasterium Sanctimonialium S. Georgij in Castro Pragenfi.

de B.
Cune-
gunde.
Cunegundis (Bohemis Kunbuta,) nata est Patre Ottokaro II. bellicissimo, ad extremum infelici Rege, Matre Cunegunda Rosslai Bulgarorum Regis filia, quæ facta ad S. Georgium Abbatisa, altera Coenobij Fundatrix appellari poterat. De qua §. XXX. in Serie Abbatissarum, multa privilegia pro suo Monasterio obtinuit. Quorum primum erat à Patre Przemyslao Ottokaro II. antequam lacrum habitum recepisset, & Monasterium intrasset. Quod sic sonat.

In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, Amen.

S.Cune-
gundis
Parentis
Prze-
myslai
Otto-
kari II.
Maje-
stales
supra
pagos:
Hlawy,
Pfary,
Radczi-
cze,
Ba-
vorovi-
cze.
Mon-
sterium
addimus,
S. Ge-
orgij Re-
fili Re-

Nos Ottokarus, qui & Przemysl, Dei Gratia V. Bohemorum Rex.

*D*um intrâ nos viciniora saluti cogitaremus, felices nos existimavimus, et si apud præsentem Ecclesiæ statum nostri memoriam in benedictione reliquissimus, & futura societatis ejus beatam obtinuissemus portionem. Hinc est, quod Ecclesiam S. Georgij Praga in Capitulo: sibi specialiter pro remedio animæ Nostræ, ac charorum Nostrorum

Et quidem primum ea, quæ ad pacem jam dicta Ecclesiæ statuimus, rata esse volumus. Scilicet ut amputatis omnium vexationibus ceterum statum, tantummodo ad nostrum Judicium respectum habeant. In Possessionibus vero suis datis, & dandis ubique pacem firmam obtingant. Ceterum & banc Devotionis Nostra donationem novam addimus, huic Beatisimi Georgij Martyris Ecclesiæ, ut omnis acquisitione que provenire solet in istis: Zvod, Narok, & quod vulgo dicitur Hlawa, super omnes homines, ubicunque fuerint pertinentes Ecclesia, qui subdamus in usum Domine Abbatisa, & Congregationis ipsius, nunc, & in

35
శ్రీ గురువు
in perpetuum. Insuper de eo quod dicitur: Mochlez, seu Narecz, homines ejusdem Ecclesiæ liberamus.

Si quis verò ex hominibus Ecclesiæ suppicio capitio condemnatus fuerit, possessio quidem ejusdem Ecclesiæ, caput cedat laqueo. Venditio, seu collecta Generalis, si quando fuerit, super homines Ecclesiæ, Abbatisa, & Congregationi ejus sit nunc, & in sempiternum.

Permutationes etiam villarum pro commodo ejusdem Monasterii factas, videlicet Polepi, Pzari, Radeczice, Bavorovice, Loco Grasllovice, Vitici, Lubmovici, Podhore cum omnibus appendiciis, ratas habemus, & ab aliis volumus inviolabiliter observari. Praeterea loco Sylvæ: Hosyn, quam occasione venationis felicis recordationis Pater Noster ad usus suos retinuerat, eidem Collegio Sylvæ Rohozni, & Budinecz assignamus perpetuò possidendas. Ad hæc areas, quæ in suburbio Pragenfi cum aqua, & duabus insulis sitas cum Nova Civitas plantaretur, per Cives ejusdem Civitatis indebet furent occupata, cum plenitudine favoris nostri, Ecclesiæ restituimus predictæ.

Deinde omnia jura, quæ tempore Antecessorum Nostrorum predicta Ecclesiæ habuit per Civitates, & Fora Provincialia, quoquomo do recesserint ab eadem, utpote Pragæ nonum forum, Litomericz in telonio nona septimana. Uzt nona septimana, Netholicz nonum forum. Domaslicz forum cum telonio, eidem Ecclesiæ sine contradictione qualibet ex integro duximus restauranda.

Ad hujus igitur laudabilis Nostræ operis confirmationem, testimonium adhibuimus Venerabilis Patris Nostræ Joannis Pragensis Episcopi, nec non & aliorum Pralatorum, quorum Nomina sequentur; qui Authoritate Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Principum Apostolorum, & Sanctorum Martyrum, Georgij, Viti, Wenceslaj, atque Adalberti, nec non & omnium Sanctorum sub anathematis vinculo quoslibet nostræ institutionis qualicunque modo immutatores, seu destructores forte emersuros cum ceteris membris Diaboli innodatos condemnaverunt, Amen.

Si quis autem huic donationi obviare, vel calumniosè eam interpretari voluerit, pro singulis capitibus solvat decem libras auri, medietatem nostro Fisco, reliquam medietatem Ecclesiæ Sancti Georgii assignando, Privilegio nibilominus in sua firmitate manente.

Hujus rei testes sunt: Joannes Episcopus Pragensis, Martinus Abbas Brzewanoviensis, Jacobus Prepositus Pragensis, Vitus Decanus Pragensis, Radizlaus Archidiaconus Pragensis, Priznborius Scholasticus Pragensis, Engelbertus Decanus Wysobradensis, Jarosius Burssarius Pragensis, Andreas Camerarius Regis, Czecho summus Judex, Sdylaus filius Dyvini, Ratmyrus filius Ratmyri, Sdyzslaus Marfalcus, Hermannus Subcamerarius, Dywiss Dapifer, Ullricus Pincerna, Wilhelmus de Podebrad, Stibor Hlawa, Zmilo filius Hcynrici, Beness filius Woconis, Pawlik filius Humprecht, Volkmarus Camerarius Regina, Domazlaus Dapifer Reginae, Gyrcbo Pincerna Reginae, & alii quam plures.

*Acta sunt hac in Clauistro Sancti Georgii, Anno Domini 1262.
3. Kalend. Februarii. Data per manus Wylhelmi, & Arnoldi Proto-
Notariorum, atque Emmeramni scriptoris.*

§. XI.

Tenor Literarum Ottokarus II. Rex Bohemiæ, iterum ditat Monasterium S. Georgij, & data Privilegia confirmat, Anno 1271.

Tenor Literarum de Verbo ad Verbum est talis.

Ottokarus Dei Gratiâ Rex Bohemiæ, &c.&c.

Cum calamitatis humanae conditionem arum nosam solerti mente revolvimus, dum inexorabilis fati necessitatem consideramus, que suarum tyrannidem virium exercens in quemlibet, Reges, & Cesares non cognoscit; dum aeterni justitiam Judicis, malis poenas, bene meritis premia dispensantem alti speculacione animi contemplamur, expediens fore credimus Regia Majestati Deum toto mentis affectu diligere, fideliter colere, sibi in suis actibus complacere, ac tanto subnixius ei prabere devotionis intime famulatum, quanto major obsequendi potentia Regibus suffragatur, & in examine stricti Judicis reddituri sunt strictè de talento Regiminis sibi credito rationem. Hujus igitur

igitur meditationis sollicitate, commoti ratione, qui Divini gratiâ Numinis Regni habenas Boëmia, & Provinciarum loca quam plurimum moderamur, credentes absque dubio firmiter, & sperantes fore inter cetera Deo nimirum placitum, si Sacro-Sanctam Ecclesiam Matrem nostram, tam ipsius supereminentia capit, quam in ipsorum compage membrorum honorificentia debitâ veneramur, ad id potissimum direximus aciem mentis nostræ, Ecclesias præcipue Nostro subjectas Dominio defendere, ac pro Iudea gubernare, & quoties super eorum libertatibus Serenitas Nostra requiritur, eis benignius annuens, grata munificentia dexteræ largiatur.

Unde cum ad præsens Domina Juditha Venerabilis Abbatissæ Monasterij Sancti Georgij in Praga Nostra Celsitudini humiliiter Abbatis supplarit, ut Privilegia immunitatum ipsi Ecclesie que per Progenitorum memoranda dicto Monasterio concederat, confirmare, gij. ac renovare Nostrâ magnificentia dignaremur.

Nos autem ipsius petitionibus benignum prestantes assensum, tenore præsentis Privilegii perpetuo valituri scire volumus præsentis etatis homines, & noscat posteritas futurorum, quod ea que Praedecessores nostri prædicto Monasterio concesserunt, confirmanda duximus ex certa nostra conscientia, & de gratia speciali, videlicet quod Nos Monasterium ipsum, & homines ipsi Monasterio subditos ab omni Regni Nostræ Beneficiariorum Jurisdictionibus eximentes, adstringi volumus coram solius Nostra præsentia Majestatis. Nec non ab eo quod vulgo dicitur Nochlecz, & Narecz, & in præsentia eosdem homines libertatis statuimus, ut si quis ex eisdem hominibus damnatus penâ plecti debeat capitali, ipsius damnati possesso cedat Ecclesie prælibata. Omnis etiam acquisitio, vel profici emolumenatum que provenire solent ex ipsis, vel in ipsis, Zwod, Narok, & quod vulgo dicitur Hlawal super omnes homines ubicumque fuerint pertinentes dicto Monasterio volumus, & in ipsius usum Monasterij redigantur. Eadem etiam Monasterio multa, seu collecta Generali cedentibus, & ejusdem accrescat usibus semper, si quando supra ipsius Monasterij homines fuerit dicta multa, vel collecta, etiam Generalis.

Ratificantes, & etiam confirmantes, nec non & ab aliis inviolabiliter observari, mandantes Villarum permutationes pro utilitate ipsius Monasterij factas, videlicet: Polepi, Psary, Radczice, Bavorice,

rovice, loco Craslovice, Vitici, Lubmovici, Podhore cum appendicis earundem. De Abundanti præterea gratia Nostra in combiūm Sylvæ Hosyn, quam ad Venationum deductiones, & sui usum solatij sit, retinuerat felicis memoria Dominus Pater Noster Sylvias Rohozni, & Budinecz, dicto Monasterio tradidimus, & assignavimus perpetuò posſendendas.

Areas quoque in Piesek, quas in Suburbio Pragensi cum aqua, & duabus Insulis sitas Cives ejusdem Civitatis occuparant indebitè, cùm Nova Civitas plantaretur, cum plenitudine favoris Nostri dicto Monasterio restituimus. Redintegrantes ad bac omnia ipsius Monasterij Jura, seu in integrum restituentes eidem qua tempore Prædecessorum nostrorum prædictum Monasterium habuit per Civitates, & forâ Provincialis quocumque modo ipsa babere idem Monasterium desivisset, vel eadem recesserunt ab eodem, videlicet Pragæ nonum forum. Lutomericz in thelonio nonam septimanam. Uzt in thelonio nonam septimanam. Slany nonum forum. Domaslicz nonam septimanam Netholicz nonum forum. Prachaticz nonum forum cum thelonio, ut ipsum Monasterium ipsa Jura sine contradictionis alicujus repagulo teneat, & posideat pacificè, sicut unquam aliquo tempore tenuit, & possedit. Si quis autem in tantam temeritatis audaciam proruperit, ut bujusmodi nostra Confirmationis, seu renovationis tenorem infringere, seu aliter quam deceat interpretari præsumperit, in decem libras auri multæ nomine condemnetur. Quarum medietatem nostro Fisco persolvet, aliam verò medietatem dicti Monasterij Abbatissa pro singulo scilicet articulo singillatim. Ad cujus rei memoriam, & istius Confirmationis, seu Renovationis Nostræ cautelam, & robur perpetuò valituram præsens privilegium fieri, & sigillis Majestatis Nostræ iuſsumus communiri.

Actum Pragæ, anno 1271. Septimo decimo Kalend: Novembris. Coronationis nostræ, anno decimo. Datum per manus Magistri Petri Venerabilis Wissebradensis Prepositi, Cancellarij Nostri, anno, & die predictis, quinta decima Indictionis.

Hæc omnia confirmavit deinde filius Ottokari Wenceslaus Rex, Anno 1288.

§. XII.

B. Cunegundis Abbatissa S. Georgij, Filia Bohemiae Regis Ottokari II. certa Bona Monasterij permittavit pro Pago Luzecz propè Rudnicz, A. 1305.

Hic Pagus Luzecz est jam à Monasterio abalienatus, quem possidet nunc Princeps de Lobkowicz.

Literæ hujus permutationis *B. Cunegundis* de verbo ad verbum sic sonant.

Noverint Universi præsentes Literas inspecturi.

Quod Nos CUNEGUNDIS Abbatissa Sancti Georgij in Castro Pra-
genſi Felicis memoria Domini Ottokari Illustris quondam Regis Tenor
Boëmiae filia, Anna Priorissa, Pržibka Custrix, totusque Sororum Litera-
rum B.
Conventus dicti Monasterij proficiētes diligentius, & advertentes Cune-
perspicaciter, quod Bona, qua providus vir Golda habet in villa di-
cta Luzecz, cuius nos etiam partem babemus, Monasterio Nostro pre-
dicto babendo, bona eadem propter eorum vicinitatem multò utiliora erunt, & esse poterunt, quam bona ipsius Monasterij, qua remota-
sunt ab eo. Et propter hoc considerantes attente, quod Bona dicti No-
stri Monasterii, videlicet: Zaborsie, & Wirben, in Bozinensi, &
Welenowy, Kerlcz, Paczyewa, & Przedvoricze in Prachenſi
Provinciis, minus utiles sunt dicto Monasterio, tum propter longam
eorum distantiam, tum etiam quia earundem villarum defensioni, &
procurationi non sine magnis laboribus, & sumptibus intendere possu-
mus, nec tamen aliqua, vel modica potest Nobis de ipsis utilitas prove-
nire, ac volentes præterea dicti Nostri Monasterii conditionem facere
meliorem, habito super hoc cum Amicis, & promotoribus dicti Mo-
nasterij nostri diligenti consilio, & tractatu ac sufficienti deliberatio-
ne præmissa, de communi omnium nostrum consensu, & unanimi
voluntate, accedente etiam ad hoc Magnifici Domini Wenceslai, Bo-
hemie, & Polonia Regis, Patroni dicti Monasterij, & Venerabilis in
Christo Patris Domini Joannis Pragensis Episcopi, loci Diaecsanī con-
sensu,

sensu, talem permutationis contractum inivimus, & fecimus cum Golda predicto, quod ipse Golda de requisitione, voluntate, consilio, & consensu Domina Margaretæ Uxoræ, & Margaretæ sororis, ac baredum suorum, Bona qua babet in predicta villa Luzecz, cum Jure Patronatus Ecclesie, ac nculo super Wlthavam in eodem Luzecz, & campo, qui vulgariter: Cobyle Pole appellatur, & cum omnibus juribus, & pertinentiis suis, titulo permutationis pro villis Monasterij predicti superiori nominatis, Nobis, & Monasterio Nostro predicto, dedit, tradidit, assignavit, & cessit liberè de eisdem, ita quod ad Nos, & Monasterium Nostrum predictum, jure proprietatis, & bareditario in perpetuum debeant pertinere. Nos etiam predictam villam Zaborstie cum Jure Patronatus Ecclesie, ac munitione ibidem, nec non alias prefati Monasterij Nostri villas superiori nominatas cum hominibus, agris cultis, & incultis, campis, & specialiter campo qui vulgariter: Cobyle Pole dicitur, sylvis, nemoribus, montibus planis, venationibus, piscationibus, pratis, pascuis, aquis, aquariumque decursibus, molendinis, Judicijs, libertatibus, & alijs omnibus Juri bus, utilitatibus, & pertinentiis, ad Villas ipsas spectantibus, dicto Goldæ, additis etiam ipsi Goldæ ad hoc quinquaginta Marcis denariorum grossorum Pragensium, sexaginta pro Marca computando, in permutationem predictis bonis suis in dicta villa Luzecz, dedimus, tradidimus, & assignavimus, ac cessimus liberè de eisdem, ut ipse Golda, & heredes sui, villas ipsas cum omnibus, & singulis suis pertinentiis supradictis habeant, teneant, & possideant in perpetuum jure bareditario, & de ipsis tanquam de re sua ordinent, disponant, & faciant quidquid eorum placuerit voluntati.

In cuius rei testimonium presentibus literis sigilla predictorum, Regis, & Episcopi, tam Nos Abbatissa, & Conventus, quod Golda predicti, procuravimus appendi, & ipsas literas nostris, videlicet Abbatissa, & Conventus sigillis fecimus communiri.

Actum, & datum Præge, anno Domini, 1305. in die Beati Andreae, Indictione quartâ.

Nos autem Wenceslaus Dei gratia Bohemiae, & Poloniae Rex, ac approbatio Joannes Pragensis Episcop. predicti cognoscentes de certo, quod commutatio predicta non est nociva Monasterio predicto, sed potius utilis, permittit & proficia, ipsam ratam habemus, & gratiam, ac ei nostrum benignius.

probemus assensum, presentibus literis Nostra sigilla apponi facientes in testimonium omnium predictorum. Actum, & datum loco, Anno, die, & Indictione premisso. Regnorum Nostrorum, videlicet Regis predicti Anno primo, Pontificatus vero Nostri Episcopi predicti Anno quarto.

§. XIII.

Eadem B. Cunegundis Abbatissa, Regis Bohemiae Ottokari II. Filia, de tribus Bonis fecit pro Monialibus, & Canonicis ad S. Georgium Fundacionem, Anno 1321.

Cunegundis Dei Gratiâ Abbatissa Monasterij Sanctimonialium S. Georgij in Castro Pragensi omnibus in perpetuum.

Aeterne felicitatis agnoscentes, nos eò gratiosius, & perfectius posse beari, & potiri solatio, quod Eleemosynarum, que delictorum Literarum B. extinctivæ Divino censemur oraculo, de Nostris personalibus duntaxat, Cunegundis. & licite proprijs, personis pijs, & devotis Ecclesiasticis, ac Divinis gundis, mancipatis Ministris, eternis temporibus, Annis singulis, iugi aeo bujus seculi, largitio facta foret, que omnipotentis Dei misericordiam, pro nostris reatibus, orationum frequentia invocent, implorent, & sedulò deprecentur. Sanè cum Serenissimus Dominus Dominus Wenceslaus Senior, Bohemiae, & Polonia Rex, Germanus Noster Charissimus, attendens, & considerans, nos non posse secundum statutum nostrum decentiam de Monasterij ipsius proventibus commodè sustentari, Nobis etiam sustentationis nostra subsidium, Civitatem suam Jewiczkam in Moravia sitam, cum villis, & alijs ejus pertinentiis universis, ad viam Nostre tempora contulisset: post hoc dum ipsam Civitatem cum suis pertinentiis antedictis de Jure collationis, & provisionis bujusmodi haberemus, Serenissimus Dominus Noster, Dominus Joannes Bohemiae, & Polonia Rex, ac Lucemburg: Comes, ad quem Regni Bohemiae F successio

succes̄io est deduct̄a, volens, & desiderans Civitatem prædictam cum præfatis suis pertinentijs habere, & sua potestatis dominio applicare, ac à Nobis Jus prædictum quod nobis competebat, in ipsis exsolvere Jus hujusmodi, cum bona nostra voluntate emit à Nobis pro sexcentis Marcis grossorum denariorum Pragensium, deputans, & assignans nobis ipsas sexcentas Marcus apud Nobilem virum Burhardum de Czimburch, qui sibi eas solvere tenebatur. Ipiè autem Burhardus non habens, nec valens nobis solvere pecuniam prenominatam, taliter pro ipsis pecunia solutione ordinavit nobiscum, quod pro hujusmodi summa pecunia, villas ad eum Jure Patrimonij pertinentes, Strzemyelicz, Swanowicz, & Haczky, nobis vendidit, & venditionis titulo tradidit, ac cest̄ liberè de eisdem ad habendum, & possidendum eas, Jure hereditario, & in perpetuum, & ut de ipsis, & in vita, & in morte faceremus, & possemus facere velle nostrum Jus omne, quod in villis ipsis habebat, & sibi competebat, aut competere poterat, à se abdicans, & omnem proprietatem ad ipsum pertinentem, in eis in nos plenè transferens, nostraq; dispositioni omnino relinquens.

Nos autem grato considerantes animo, quod in officijs charitatis primo loco illis teneamur obnoxij, à quibus nos cognoscimus beneficia recepisse spiritualia, & temporalia, quæ à prædicto Monasterio Sancti Georgij, cui permittente Domino præsidemus, recepimus, recensentes beneficia ipsa sibi volentes eà quā possimus liberalitate rendere, villas ipsas: Strzemyelicz, Swanowicz, & Haczky ipse Monasterio Sancti Georgij, de consensu, & voluntate prædicti Domini Nostrri, Domini Joannis, Bohemia, & Polonia Regis, ac Comitis Lucemburg: conferimus Jure hereditario, & in perpetuum, cum omnibus suis Juribus, utilitatibus, & pertinentijs universis, volentes, & disponentes, quod quelibet Abbatissa dicti Monasterij Sancti Georgij quæ pro tempore fuerit, prædictas Villas: Strzemyelicz, Swanowicz, & Haczky, pleno jure possideat, & manuteneat, ipsaque Abbatissa, quæ pro tempore fuerit, infra scriptos Anniversarios, & Memoriales dies annuos ordine infra scripto teneatur perpetuè, & debeat observare.

Primum siquidem, in festo Sancte, & Individua Trinitatis prima vespera bibitio consueta, Canonicis dicti Monasterij Nostrri Sancti Georgij ministretur. Item in festo quo officium de corpore Christi agitur,

agitur, in prima Vespera, dictis Canonicis bibitio ministretur, & duabus Sanctimonialibus dicti Monasterij Sancti Georgij panis albus, & vinum ministretur. Item in Conceptione Sancte Maria, bibitio Canonicis, & duabus Sanctomialibus dicti Monasterij fiat prandium, sicut in Nativitate ipsius Beatae Virginis fieri consuevit.

Item, in festo Sancte Marie Magdalene Canonicis bibitio, & refectorium, & duabus Sanctomialibus eodem modo sicut in summis solemnitatibus fieri consuevit, ministretur.

Item Paschatis, tres scutelle ad consecrandum cum placentis magnis, & alijs pertinentijs ministrentur. Quarum unam Abbatissam, pro se, pro Conventu, & familia recipiat. Secunda, sororibus Sanctomialibus ad Sanctum Franciscum mittetur. Tertia, inter egenos, & pauperes ex toto dividatur.

Item, in Anniversario Nostro, Canonicis bibitio, refectorium ministrentur, & alia omnia, tam in officio Divino, quam in refectionibus siant solemniter, sicut in Anniversario Fundatorum Nostrri Monasterij fieri consuevit. Item provideatur, ut Lampas quæ in nocte ardere consueverat, perpetuò in die ardoris lumen nullatenus evanescat. Item, Custici, seu Custodi Ecclesie, una sexagena grossorum denariorum Pragensium annis singulis perpetuò ministretur. Item, Camerarie, quæ conservat mensalia, viginti denarij grossi monetæ Pragensis, annis singulis perpetuò ministrentur.

Invocantes Patrem misericordia, & Deum totius consolationis, quatenus juxta suarum bonitatum infinitarum abundantiam, & exuberantiam omnibus, & singulis Nostra Collationis, & dispositionis praedicta, devotis observationibus, & fidelibus promotoribus in ultimo necessitatis eorum articulo misericorditer adesse dignaretur, & omnium suorum peccatorum reatus, gratiosius relaxare.

In evidentiam igitur, & robur firmitatis omnium, & singulorum premissorum collationi, & dispositioni Nostra prædictis, in testimonium adhibuimus Charissimam Neptem Nostram Dominam Elisabeth, Boemie, & Polonia Reginam, Venerabilem Joannem Wissebradensis Ecclesie Præpositum, Regni Bohemia Cancellarium, & Honorabilem Virum Magistrum Ulricum de Pabienicz (sunt is ex Illustrissima familia Woracziczkiorum, ex qua familia anno 1704. Illustrissimus Dominus Dominus Franciscus Helfrydus Woracziczy, de Pa-

bienicz, Dominus in Proscz, & Mislow, p.t. Judicij Cameratici Assessor, ab Augustissimo Imperatore LEOPOLDO I. ad Statum Comitum est elevatus, & promotus) Doctorem Decretrum, Pragenis Ecclesie Scholasticum, Administratorem Episcopatus Pragensis in spiritualibus, quorum etiam sigillis bas Nostra collationis, & dispositionis literas, Nostro, & Conventus Nostri Sigillis Sigillatas procuravimus roborari, & Nos Elisabeth Dei gratia Regina, Joannes eadem gratia Praepositus, & Cancellarius, & Magister Ulricus Scholasticus, & Administrator predicti, ad devotam instantiam, & requisitionem Illustris Domine Cunegundis Abbatissae predictae in testimonium, & singulorum predictorum omnium, presentes literas Sigillorum nostrorum munimini bus fecimus communiri. Datum Pragæ, Anno Millesimo, trecentesimo, vigesimo primo, XIII. Kalendas Decembris.

§. XIV.

Burhardus de Cimburch appromittit Monasterio S. Georgij, quod velit defendere bona predicta Monasterio vendita.

Tenor Literarum A. 1320. **N**os Burhardus de Cimburch, Albertus, & Jefco de Poducus, tenore praesentium recognoscimus, & fatemur, Inclytæ, ac Religiose Dominae Cunegundi Abbatissæ S. Georgij in Castro Pragensi, pro se, & suo Monasterio villas Nostras, videlicet: Strzemyelicz, ubi etiam est Ecclesia, Swanowicze, & Haczky, cum agris, sylvis, rubetis, pratibus, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, & universis suis pertinetijs, legitimè, & rationabiliter pro sexcentis Marcis gravis ponderis, Jure hereditario vendidisse, per predictam Abbatissam, & suum Monasterium Jure proprietatis perpetuo possidendas, promittentes bona fide ipsi Dominae Abbatissæ, vel eâ non existente, ejus Monasterio dictas Villas secundum Jura terræ, à quolibet homine eas impetrante, vel volente impetrere, disgregare. Quod si non faceremus, tunc volumus à spontanea voluntate, & hâc nos obligamus ex nunc, quod Camerarius, Sudarius, & Beneficiarij in Bohemia, vel in Moravia qui tunc fuerint, cum per Dominam Abbatissam, vel Camerarium Monasterij predicti requisi

requisiti fuerint, ipsi Domine Abbatissæ, vel predicto Monasterio pro quingentis Marcis, & sexaginta quatuor grossos denariorum Pragensium pro Marca computando, Bona nostra in Podyeus, vel si in eisdem deficeret, alia omnia nostra bona in Bohemia, vel in Moravia ad hoc sufficientia possidenda per eam, & Monasterium predictum Jure hereditario debeant, & possint licite absque omni Juris strepitu assignare, & de possessione eam, vel Monasterium predictum potentes facere corundem.

Testes autem qui his omnibus interfuerunt, sunt: Venerabilis Dominus Joannes Wissbradensis Praepositus, Regni Bohemiae Cancellarius, Dominus Alberonis summus ejusdem Regni Camerarius, Dominus Henricus de Lippa, Dominus Ulricus de Rziczano ejusdem Regni Jûdex, sive Sudarius, Joannes Notarius Terræ, Dominus Ulricus dictus Pfuch, ejusdem Regni Subcamerarius, Dominus Woczko de Krawarz, & Dominus Plichta de Adlar. In cuius rei testimonium praesens scriptum confectum est, & nostrorum Sigillorum, ac supradictorum testimoniū muni- mine roboratum. Actum, & Datum Pragæ, Anno Domini 1320. pridie Kalend. Januarij.

§. XV.

Wenceslaus hujus Nominis II. Rex Bohemiæ VI. coronatus, propter certos à se, & à Patre suo Preymyslao Ottokaro à Monasterio S. Georgij ablatos pagos, eidem in recompensam tradit Pagum Welenicz, & Podmokl, cum Jure Patronatus, Anno Domini 1305.

6. Idus Junij, quo Anno etiam obiit.

Tenor Literarum est iste de verbo ad verbum.

Nos Wenceslaus Dei Gratiâ Bohemiæ, & Poloniæ Rex.

Tenor Literarum Wenceslai II. **N**otum facimus universis, praesentes literas inspecturis, quod quia Monasterio Monialium Sancti Georgij in Castro Nostro Pragensi, villam

villam Zelunicie, & partem Villa in Knowicz, quas Civitati Nostrae Slany applicavimus, abstulimus, & villas Horky, Benowicz, & Nowakowicz, quas felicis recordationis Dominus Ottokarus Rex Bohemiae, Charissimus Pater Noster, olim eidem Monasterio abstulit, & Civitati Nostrae Clatoviae applicavit, eidem Monasterio in recompensam, & in permutationem Bonorum ipsorum, Villam nostram Welenicz juxta Podyebrad sitam, & duodecim Laneos, & medium in Podmokl, conferimus, & donamus, & volumus, ut Monasterium ipsum Villam, ac cum Jure Patronatus Ecclesie in ipsa Villa Podmokl, Jure Proprietatis, & in perpetuum tenere debeat, & habere.

Et licet bona predicta Monasterio ipsi per Nos, & per predictum Patrem nostrum ablata, plus valeant, quam prefata bona que Monasterio predicto in permutationem dedimus pro eisdem, Monasterium tamen ipsum permutatione ipsa contentum est, & ipsam gratam habet, & vult habere ob nostram reverentiam, & amorem.

In cuius rei testimonium praetentes literas fieri, & sigillis Majestatis Nostrae iussimus communiri. Datum Pragæ, Anno Domini 1305. 6. Idus Junij. Indictione tertia. Anno Regnum Nostrorum Bohemiae Nono. Poloniæ vero quinto.

§. XVI.

Wenceslaus hujus Nominis III. prius Hungarie, deinde Rex Bohemiae, eandem prænominatam recompensam confirmat Anno Domini 1305. 3. Nonas Novembri. Deinde idem Rex Wenceslaus occisus est Olomucij Anno 1306. 4. Augusti.

Tenor Literarum est iste :

Tenor Literarum
Wen-ceslai
III. Re-gis Bo-hemij.
Nos Wenceslaus Dei Gratiâ Bohemiæ, & Poloniæ Rex.

*F*atemur tenore presentium Universis, quod felicis memoriae Dominus Wenceslaus Bohemiae, & Polonia Rex, Pater Noster Charissimus,

simus, pro villa Zelunicie, & parte villa Knowicz, quas Monasterio Monialium Sancti Georgij in Castro Pragensi abstulit, & Civitati Slany applicavit, & Villas Horky, Benowicz, & Novakowicz quas felicis etiam recordationis dictus Ottokarus Rex Bohemiae ipsius Patris mei Pater, & Avus noster, olim eidem Monasterio abstulit, & Civitati Clattoviæ applicavit, ipse Monasterio in compensam, & permutationem Bonorum ipsorum, villam Welenicz juxta Podyebrad sitam, & duodecim laneos, & medium in villa Podmokl, Jure proprietatis, & in perpetuum tenere debeat, & habere. Qua quidem Bona Monasterio ipsi, per ipsos Patrem, & Avum Nostros ablata, licet plus valeant, quam prefata Bona, que Monasterio eidem ipse Pater Noster in permutationem contulit pro eisdem, Monasterium tamen ipsum, permutatione ipsa contentum esse voluit, ob ipsius Patris Nostri reverentiam, & bonorem, prout hac omnia in Privilegijs ipsius Patris Nostri Monasterio ipsi dato super hoc continentur. Quapropter Nos qui ipsius Patris Nostri inherere vestigijs semper cupimus, ut debemus, permutationem predictam prout per predictum Patrem nostrum Monasterio ipsi facta est, ratam habemus, & eam tenore presentium confirmamus. In cuius rei testimonium praesentes literas fieri, & Sigillis Majestatis Nostræ iussimus communiri.

Datum Praga per manus Magistri Petri Proto-Notarii Nostræ Pragensis Prepositi. Anno Domini 1305. 3. Nonas Novembri. Indictione quartâ. Regnum Nostrorum Anno primo.



§. XVII.

§. XVII.

*Joannes Rex Bohemiæ, confirmat omnes Li-
bertates, Gratias, & Privilegia Monasterio
S. Georgij, Anno 1335.*

Tenor Literarum de verbo ad verbum est iste:

Tenor Literarum
Joannis Regis Boemorum
Tenor Dei Gratiâ Bohemiæ Rex, Lucem-
burgensis Comes, Devotis nostris sincere dilectis,
Sophiae Abbatissæ, totique Conventui Sanctimonia-
lium Monasterij Beati Georgij in Castro Pragensi
gratiam Regiam, & Sponso Christo accensis lampa-
dibus obviam dare.

*O*blata Nobis pro parte Vestra, & Monasterij Vestri humilis petitio
continebat, quod cum Monasterium Vestrum à primæva sui Fun-
datione hactenùs multis, variisque Privilegijs, immunitatibus, & gra-
tijs per Romanos, ac alios Pontifices, nec non per Christianissimos Prin-
cipes, Bohemia Reges Predecessores Nostros felicissimos dotatum exi-
sistit, Vos, & Vestrum Monasterium in ipsis Libertatibus, & gratijs di-
gnaremur gratiosius conservare. Nos itaque volentes Votis Vestris
libenter annuere, animadvententesque quod personas Ecclesiasticas, &
presentim Deo dicatas foeminas, quæ spretis hujus faculi vanitatibus,
& illecebris sub velo Monastico vitam ducentes Apostolicam, Christo
Domino legerunt famulari, decet Regis Clementiam in suis magnifice
confervere juribus, quatenus libertati dedita virtutum Domino liberae,
liberius valeant laudes promere jugiter gratas; Vos, & Monasterium
Vestrum in omnibus, & singulis Juribus, Privilegijs, libertatibus, bene-
ficijs, & commodis vestris volumus, & tenemur manu tenere ob reue-
rentiam Beatisimi Georgij Martyris, & gloriissime conservare usque
bodie, & Monasterium Vestrum, Bona, possessiones, & homines ipsius
in nostram, & Regie Majestatis gratiam, & protectionem assumimus
specialem,

specialem, decernentes, ac edito perpetuo statuentes, ut Tu Sophia Ab-
batissa, & Successores Tua Canonicè post Te ingredientes, sola, & uni-
ta in ipso Monasterio Domina sitis, regerèque, & dispensare valeatis,
& non aliis Officialis, Factor, Negotiator, Gestor, Procurator, vel
etiam persona, quovis alio vocabulo, seu nomine nuncupata.

Tuque, & posteræ tuae dispositionem ipsius Monasterij plenam, ple-
nissimam habeatis, Officiales, & Factores in eo ponendo, instituendo,
destituendo, cassando, & permutando, prout Tua, & ipsarum discre-
tioni videbitur melius convenire.

Statuimus etiam, & credimus consonum aquitati, quod si aliquis
aliquas actiones, & causas adversum Te Sophia, vel successores Tuas
intentare, seu movere voluerit, vobiscum coram ordinario vestro,
aut alias competente Judice Ecclesiastico, super eis curet in judicio
experiri, Tu etiam, & ipse, et si evocari vos contingat, non tenebimi-
ni alibi aliqualiter respondere.

Ceterum nulli fidelium, & subditorum Nostrorum liceat homines
Monasterij Vestri in causam alibi trabere, vel ad aliud judicium coram
alioquocunque judice quomodolibet evocare, sed tantummodo coram
Te Abbatissa, vel Successoribus Tuis veniat iustitiam recepturus. Ve-
rū si Te, & ipsas in exhibitione iustitiae negligentes fortasse, vel re-
missas fore contingat, ex tunc coram Nobis, & Successoribus Nostris,
& non alias poterunt de iustitia conveniri. Indicamus itaque Pro-
vinciarum digito Successoribus Nostris, & rogamus, Authoritate man-
dantes universis, & singulis omnibus Nobilibus, Officialibus, & Bur-
gravijs Nostris presentibus, & qui per tempora fuerint, quatenus Vos,
& Vestrum Monasterium, Bona, & homines contra hujusmodi Nostra
indulgentia gratiam non debeat aliqualiter molestare, nec molestari
per quempiam permittant.

Indignationem nostram, & paenas in ipsis Vestris contentas Pri-
vilegijs, & alias gravissimas pro motu Regio infigendas, si secus fe-
cerint se noverint irremissibiliter incursum. Harum serie, & Te-
stimonio literarum, quibus Nostrum Sigillum duximus appendendi.
Datum Praha in festo Sancti Francisci. Anno Domini 1335. Indi-
ctione quinta.

§. XVIII.

Carolus IV. Rex Bohemiæ, & Imperator,
suscipit Monasterium S. Georgij cum omnibus in suam
protectionem Anno Domini 1348.

Tenor Literarum est iste.

Tenor Literarum
 Caroli IV. Imperatoris.
Carolus Dei Gratiâ Romanorum Rex semper Augustus, & Bohemiæ Rex, Universis præsentes literas inspecturis, Salutem, & præsentibus fidem dare.

Dicit Magnificentiam Regiam jugiter operari, per quod liberalitas Principis debeat apparere, ad ea tamen que statum felicem libertatis Ecclesiastica, ac Religiosarum personarum pacis, & quietie pulchritudinem respiciunt, tanto uberiori, & specialius intendimus, quanto nostrum altius erexit præ ceteris Principibus solium cœlestis providentia Redemptoris.

Sanè pro parte Religiosarum personarum Agnetis Abbatissæ, totiusque Conventus Monasterij Sancti Georgij in Nostro Castro Pragensi, Nostræ fuit per Honorabilem Busconem Praepositum dicti Monasterij Celsitudini humiliiter supplicatum, ut Nos dictum Monasterium, ac ipsos, Abbatissam, & Conventum cum suis pertinentijs in Nostra speciali protectione, & tuitione recipere dignaremur.

Nos verò predictarum Religiosarum devotis supplicationibus benignius inclinati, præfatum Monasterium, Abbatissam, & Conventum, Capellanos, Clericos, & ceteros familiarum, ac homines, & foeminas ipsorum, unâ cum omnibus, & singulis domibus, curtis, possessionibus, ac ceteris bonis mobilibus, & immobilibus quibuscumque ad dictum Monasterium, & ipsos, Abbatissam, & Conventum pertinentibus quovis modo in Nostræ Celsitudinis protectione, & tuitione presentium recipimus, & admittimus speciali. Omnibus, & singulis Burgravijs, Baronibus, Nobilibus, & Officialibus Regni Nostri mandantes,

*** * ***

dantes, & firmiter inhibentes, nè quis ipsorum dictum Monasterium, Abbatissam, & Conventum, Capellanos, Clericos, familiares, homines, & foeminas, domos, curtas, possessiones, & bona cetera dicti Monasterij, & ad ipsum spectantia quovis modo contra hujusmodi protectionis, & tuitionis Nostræ tenorem impedire, offendere, seu molestare presumat. Imò Universi, & singuli ipsorum, predictum Monasterium, ac Abbatissam, & Conventum una cum ceteris familiaribus, & alijs hominibus, possessionibus, & Bonis omnibus, & singulis dicti Monasterij habeant, pro Nostræ Majestatis reverentia commendatos. Si quis verò contrarium fecerit, quod absit, ultra indignationem Nostræ culminis, quam ab hoc se neverit incursum Quadraginta Marcas argenti puri, Nostro, & Regni Nostræ Boëmia fisco componat, ipsarum videlicet, Curia Nostræ, & Successorum Nostrorum Bohemia Regum medietatem, & reliquam pañis injuriam irremissibiliter applicandas. In quorum omnium testimonium, & ad certitudinem pleniorum præsentes fieri jussimus, & Nostræ Majestatis Sigilli appensione muniri. Datum Praga, Anno Domini 1348. Indictione prima. Kalend. Maij. Regnorum Nostrorum Anno secundo.

Carolus IV. Romanus Cæsar, & simul Rex Bohemiæ adjectus Antistitibus, seu Abbatissis titulum etiam Principalem, ut quælibet Abbatissa, et si ortu non esset, esset tamen ob dignitatem Princeps, eò quodd Regum uxores in publica Regni paternis S. Georgij negyri cum Archi-Episcopo Pragensi, ipsa etiam sub corona theno-nis S. Georgij minutiore, unâ coronaret. Tales Coronatrices de Nomine, & stemmate reperies in Serie Abbatissarum hoc capite.

§. XXX.



§. XIX.

Wladislaus IV. Rex Bohemiæ dat facultatem Monasterio S. Georgij bona exsolvendi, redimendi, commutandi, & vendendi in emolumenatum Monasterij, Anno 1485.

Tenor Literarum Boëmico idiomate est iste de verbo ad verbum.

Tenor
Litera-
rum
Wladis-
lai IV.
Regis
Bohe-
mix.

My Wladislaw Boži Milosti Král Český / Markrabě Moravský / Lu- cemburšté / a Slezské Kníže.

Znamugem tímto Listem všem / gákož nás žádostně prosyla Welebná Abbatyssę Kláštera Svatého Jiří na Hradě Pražském s Konwentem svým / abychom své povolení ráčili dát / kdybykoliv mohla sama s svým Konwentem / anebo řeče koho Žboží toho Kláštera / kteréž gšau vzdášavě / a zvláště Třebenice / a to co k tomu přislusší / y také giné všecko / cožkolivěk k témuž Klášteru přislusší / a nebo přisluselo / aby mohla vyplatiti / a zase k svrchu gménovanému Klášteru připogiti.

Gegjsto žádost hodnau / slussnau / a potřebnau toho Klášte-
ra znamenawisse / y gſauce w tom k prosbě gegj / y toho Konwen-
tu milostivě nakloněni s dobrým rozmyslem / a Radduu wér-
ných / mocý Brálowskau swolili sime / a tímto Listem swolugem /
povolení nasfe Brálowské k tomu dáwagisce / aby ona wýs dotce-
ná Kunika Abbatyssę Kláštera Svatého Jiří na Hradě Praž-
ském s Konwentem svým / y také všechny budaucý po nj plnau
moc / a pravo gmely / aby mohly vyplacovati Žboží toho Klá-
štera / buđto od Duchowných / neb od Swětských / sami řeče se /
a neb řeče někoho giného / kdežby se mohly kdy čeho doptati / be-
ze všech překážek všech Lidj. A tuto milost zvláštěně přitom

tyž

tyž Abbatyssy nyněgissý / y budaucý / a témuž Konventu Klášte-
ra Svatého Jiří na Hradě Pražském činse / dáwagisce powole-
ní nasfe / y plnau moc / aby mohla k témuž Klášteru / a žádusší
až do pěti Set Kop Grossův Czestkých platu dědičného / a neb Bo-
mornýho přikupiti / buđto společně neb rozdlně na všechy časy
budaucý / kdyby z to mohly býti / tu moc gím dáwagisce / aby gím
to Dczkami zapsáno bylo / kdyby koliwěk toho žádaly / a potřeba
byla.

Také gestli žeby kdy chtěly gaké Žboží méniti / a neb proda-
ti pro vžitek Klášterský aby toho plnau moc / a pravo gmely / při-
kazujisce větším / y mensším Auřednískum Desk Zemských / y gi-
ným všem Poddaným Vlastům / abyste též často gménované
Kunice Abbatyssę Kláštera Svatého Jiří na Hradě Pražském /
a Konventu tomu / y všem budaucým po nich k těm všem spra-
wedlnostem skutečně dopomahali. Znagisce vtom wúli / a rožká-
zanj nasfe / žádne překážky gj vtom nečinje / než pomocni / a rád-
dní abyste gj byli pod vwarowanym hněwu / a těžké nemilosti
nassý. Tomu na swědomj Pečet nassý Brálowskau kázali sime
přivésty k tomuto Listu. Dán na Hradě Pražském w Neděli
před Svatým Janem Bětítem Božím. Léta Božího Tisícího/
čtyrystého / osmdesátého pátého / Brálowstroj Vasseho Léta Čtr-
náctého.



§. XX.



§. XX.

*Regina Maria Cæsaris Maximiliani filia,
Ludovici Regis Bohemiae Wladislai IV. filij conjux,
accipit Monasterium S. Georgij sub suam protectio-
nem. Anno Domini, 1523.*

Tenor Literarum de verbo ad verbum est iste.

*Nos Maria, Dei Gratiâ Hungariæ, Dalma-
tiæ, Croatiæ, & Sclavoniæ &c. Regina, Si-
lesiæ, & Lucemburgensis Dux, Marchiisque
Moraviæ, &c.*

*M*emory commendamus Tenore praesentium significantes quibus expedit universis, quod Nos tum ad nonnullorum fidelium Nostrorum supplicationem Nobis propterea factam, tum vero ex proprio Nostro motu, et singulari devotione, quam erga Divum Georgium Martyrem sub cuius nomine, & titulo Monasterium in Arce Regia Pragensi fundatum existit, gerimus, & habemus, volentes, ut Venerabilis, ac Religiosa Domina Barbara de Schellemburg Abbatissa moderna, futuraq; Abbatissa Sanctimonialium Ordinis Sancti Benedicti, cum eisdem Sororibus suis in eodem Monasterio degentes, quietius, commodiusque Deo Altissimo famulari possint: easdem simul cum predicto Monasterio, colonis rebusque, et bonis ipsarum mobilibus, et immobilibus justis scilicet, et legitimis cum consensu, et beneplacita voluntate Serenissimi Domini Regis Ludovici &c. Domini, et Mariti Nostri Charissimi sub cuius patrocinio anteà fuerant, in Nostram Reginalem accepimus protectionem, et tutelam specialem, imò recipimus, et assumimus, et ab omni aliorum protectione, et tutela sub qua anteà qualitercumque fuissent, eximimus, concedentes eisdem ut predictis omnibus Bonis ipsarum ad predictum Monasterium pertinentibus liberè, et pacifice uti, et ea possidere sub Nostra speciali protectione possint, et valeant. Ubi vero à quibusdam impetratoribus,

* * * * *

petitoribus, vel in Bonis, vel in Privilegijs suis impedirentur, et inquietarentur, solum ad Majestatem nostram Patronam ipsarum specialem, in absentia autem Nostra, ad eum quem in suum protectorem elegerint, refugium habeant. Ad quem eligendi vigore praesentium dedimus, damusque eisdem facultatem, et autoritatem plenam. Cui quidem Protectori pro tempore constituto, barum serie firmiter mandamus, ut in praesentia Nostra prefatas Sanctimoniales in universis predictis carum bonis, et rebus temporarijs, mobilibus, et immobilibus, nec non Privilegijs justis, et legitimis contra quoslibet impetratores, et violentos perturbatores tueri, et protegere, ac indemniter manuteneret, tuerique, et protegi facere debeat, Majestatis Nostræ in persona, atque auctoritate praesentibus eidem in hac parte ad plenum concessa, et justitiâ mediante, ut hoc peracto eadem Sanctimoniales à curis mundanis, et externis molestationibus expedite, et vacua, attentiùs Deo Optimo Maximo servire possint, praesentes autem literas Nostras, quas in robur, et testimonium præmissorum perpetuum, Secreto, et authentico Sigillo Nostro communiri fecimus, manuque nostra propria subscrisimus, post earum lecturam reddi semper volumus presentanti.

Datum in predicta Arce - Pragensi, XX. Februarij. Anno Domini, Millesimo, quingentesimo, vigesimo tertio. Felicis vero Coronationis Nostræ in Hungaria secundo, in Bohemia vero Regnis Nostris predictis &c. primo Anno.

Maria Regina, &c.



§. XXI.

§. XXI.

Ferdinandus I. Imperator, & Rex Boëmiæ,
pro ablata parte agri ad Monasterium Sancti Georgij
spectante, & Prague Horto Cæsareo conjuncta, in recom-
pensam, Monasterio assignat unum Vas vini
annuè dandum. Anno 1538.

Tenor Literarum Boëmico idiomate, sonat ita de verbo
ad verbum.

Tenor
Litera-
rum
Ferdi-
nandi I.

My Ferdynand Boží Milosti Ržimský
Král po vossecky časy rozmnožitel
Ržisse/ a Vherstý/ Čestý/ Dalmát-
ský/ Charvatstý Král/ Infant v
Hysspányi/ Arcy-Knijze Rakaušté/ a
Margrabě Morawstý/ Lucem-
buršté/ a Slezské Knijze/ a Lužický
Margrabě/ zc.

Enamugem timto Listem wsem/ gakož sime času předesslēho
Kdy sime Žahradu nassý nowau dělati dāti počali/ něgaký
kus dědiny k Blassteru Swatého Giř na Žradě prazském přislu-
ssegjch k dotčené Žahradě vzyti/ a připogiti ráčili.

Nechtice aby toho Abbatyſſe nyněgssy/ y budaucy s Ron-
wentem swým nadepsaného Blasstera Swatého Giř stodny by-
ti gmely/ Ráčjme gim za ten vžitek kterým gsau toho kusu dědiny
ročně vžiti mohly/ gíz každy rok od Datum Listu tohoto nasseho
počnace Sud Wyna Swydnidého z Perkwrchu nasseho Praž-
ského dávati,

A timto

A timto Listem nassym gim to připovidati ráčime/ že gim
ten Sud Wyna z Perkwrchu nassého Pražského každy rok zřize-
ne Raddy Komory nassý w Králowství Českém níměgssy/ neb
budaucy na místě nassem dawati/ a spravovati magj/ a powin-
ni budau. Tomu na swědomj Sekret náss Králowstvý k Listu
tomuto gsme přivěstyti rozkázali. Dán na Žradě nassem Praž-
ském w Středu po Žeděli Postníj/ genž slowě Oculi. Léta od
Narozenj Syna Božjho/ Tisycýho/ pětistého/ třicáteho osmého/ a
a Králowství nassýho Ržimského osmého/ a ginjch dwaná-
ctého.

GENOLOGIA.

Ferdinandus I. Imperator, & Rex Boëmiæ
Anno 1537. confirmat Monasterio S. Georgij Privile-
gium Wladislai Regis Boëmiæ datum. Cujus
Confirmationis Tenor est iste.

Wir Ferdinand von Gottes Gnaden König.
Käyser/ zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ zu
Hungarn/ Böhmen/ Dalmatien/ Croatiaen König/
Infant in Hispanien/ Erz-Herzog in Oester-
reich/ Marggraf in Mähren/ Fürst zu Lüzel-
burg und Schlesien/ und Marggraf zu Laufnitz.

Eben hiemit Gedermänniglich zu wissen/ daß vor Unsere
Königliche Person (Die Ehrwürdige/ Andächtige/ Unsere
Liebe Getreue/ Barbara von Schellenberg und Kost) vorges-
treten/ und einigen Brieff von dem Durchläuchtigsten Fürsten
und Herrn Wladislao Böhmischem König/ Unserem Vorfah-
tern seeligster Gedächtnis/ (Welcher obgedachtem Closter und
H Convent

Convent S. Georgii etwelche Gnaden und Privilegien gethan)
Uns vorgezeugeſt/ Uns derentwillen als ihren König und Herrn
ſamt dero Convent gehorsam und andächtig gebetzen/ damit
Wir ihnen des Königs Wladislai habende Privilegia confirmi-
ren wolten/ welche von Wort zu Wort also in ſich lauten.

WIHR Wladislaus &c. Welches/ Ihr/ und des ganzen
Convents billigmäßig nothwendiges Begehrēn Wir er-
kennend ſeynd/ dero/ und des obgedachten Convents gehorsa-
mer Bitte/ in Gnaden bewogen/ auch mit gutem Bedacht und
Rath Unserer Getreuen haben auf Königlichen Gnaden dahin
verwilligen/ und mit diesem Unseren Königs-Brieff dahin ver-
willigen/ damit ſie obgedachte Bunka Abtiffin/ des Cloſters
S. Georgii ob dem Königl. Prager Schloß/ ſamt ihren Con-
vent, und allen künftigen Jungfrauen die völlige Macht und
Gewalt und Gerechtigkeit haben mögen und können/ alle Clo-
ſter-Güther/ es ſey von den Geiſtlichen oder Weltlichen/ ſie
ſelbſten durch ſich oder aber durch jemand andern/ wo oder
wann ſie einige Sach erfragten möchten/ ohne einzige menschli-
che Verhinderung/ aufzulöſen; befehlend/ darben den groſſ und
kleinen Land-Taffels Officirern/ auch allen Uns Unterthanen/
damit ihr der offſt-ernannten Bunka Abtiffin des Cloſters S.
Georgii ſamt ihren ganzen Convent ihren Gerechtigkeiten
würcklich behülflich ſeyn ſolle/ ihr der oſelben nicht einige Ver-
hinderung verursachen/ ſondern mit Hülff und Rath verhülf-
lich ſeyn/ dieses bey Verlust Unſerer Gnad/ und ſchwerer Un-
gnad. Zur Zeugniß deffen/ geben auff Unſern Königlichen
Prager Schloß den Montag vor S. Joannis des Tauffers/ An-
no Domini taufend vierhundert/ fünf und achtzigsten/ unſerer
Regierung des vierzehenden.

Zu welcher Bitte Wir wohlgeneigt mit unſeren gewiſſen
Vorwissen/ wohlbedacht auf habender Königlichen Macht
allhie in Boheim/ haben Wir diesen obgedachten Majestatss-
Brieff/

Brieff/ welcher in ſich des Königs Begnadungen begreiffet/
hemit confirmiret. Dero halben befehlen Wir rc. Geben auff
Unſerm Prager Schloß/ den Dienstag vor S. Georgio, Anno
Domini eintauſend/ fünfhundert/ ſieben und dreißig.

Rudolphus II. Imperator, & Rex Bohemiae,
1581. confirmat Privilegia Monasterij
S. Georgij.

Wir Rudolff von Gottes Gnaden/ erwähl-
ter Röm. Käyſer/ Vermehrer des Reichs/ zu
Hungarn/ Dalmatien/ Boheim/ Croatiaien/
König/ Erz-Herzog zu Oesterreich/ Marggraf
in Mähren/ Fürst zu Lützelburg und Schlesien/
und Marggraf zu Laufnitz rc.

Hun hie allen zu wissen/ wie daß vor Unſere Königliche
Person/ die Ehrwürdige Judith Ebenſtahlerin von Eben-
ſtahl/ Abtiffin bey S. Georgii ob dem Prager Schloß/ in Gott
Andächtige/ Unſere Liebe/ vorgetreten/ und Unſ einige Con-
firmation, des weyland Durchläufigtſten Fürſten und Herrn
Ferdinandi, zu Hungarn und Boheim König/ Unſers aller-
liebſten Herren Groß-Watters ſeigliſten Andendens/ begreif-
fend in ſich die Majestät und Begnadungen Wladislai Kön-
igs in Boheim/ in welchen er gemeldtem Cloſter und Convent
S. Georgii etwelche Gnaden erwiesen) vorgezeigte/ Uns ſamt
ihrem Convent demüthigſt als ihren König und Herren bit-
tend/ damit Wir ihnen obgesagtes Privilegium gnädiglich be-
kräftigen wollen/ welches von Wort zu Wort also lauten thut.

WIR Ferdinand &c. Wir Wladislaus &c. Zu welchen ob; benannter Abtissin und Convent des Closters S. Georgij Begehrten Wir wohlgeneigt mit Unserm guten und Vorwissen/ auf Königlicher Macht allhie in Böhmen/ ihnen/ alle obgedachte in Gnaden ertheilte Privilegia, welche in des Königs Wladislai begriessen und confirmiret seyn/ ebener Gestalt mit diesem Unsern Brief in allen Clausulen/ Punkten / Articulen und Worten/ wie dieselbe auffgesetzet lauten/ bekräftigen/ und wollen deme damit gedachten/ Judith Ebenstahlerin rc. Deme zu Zeugnus rc. Geben in Unserm Prager Schloß den Mittwoch nach der Auftheilung der heiligen Aposteln/ Anno Domini eintausend/ fünfhundert/ ein und achzig.

Matthias Imperator & Rex Bohemiae, Anno 1614. confirmat Privilegia Monasterij S. Georgij.

Wir Matthias von Gottes Gnaden/ erwählter Röm. Kaiser/ zu allen Seiten Mehrer des Reichs/ zu Hungarn/ Böhmen/ Dalmatien/ Croatię/ König/ Erz-Herzog in Oesterreich/ Marggraf in Mähren/ Fürst zu Lügelsburg und Schlesien/ und Marggraf zu Lausnitz/ rc.

Eben mit diesem Gedermännlich zu wissen/ daß Wir von der Ehrwürdigen/ Sophia Albinin von Helfenburg/ Abtissin/ Priorin, und dem ganzen Convent des Closters S. Georgij ob dem Prager Schloß/ Unsern Lieben/ demüthigst gebeten worden/ damit Wir ihnen/ die unten angesezte von Unsern seel. rc. Andenkens/ Römischen Kaiser- und Königen in Böhmen ertheilte Gnadens-Briefe/ Majestäten und Begnadungen

dungen erneuren und bekräftigen wollen. Welche von Wort zu Wort lauten lassen.

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Amen.

Nos Ottokarus &c.

Wollen deme also und gänzlichen/ damit bey diesen allen was diese Brieff/ Majestät und Begnadungen in sich halten/ von Gedermännlich unverbrüchlich gehalten werde. Und über dieses noch/ thun Wir diesem Closter S. Georgij zu seiner grösserer Erhebung diese besondere Ehrbezeugung/ damit weder jetzt noch auff künftige Zeiten/ keiner nach uns kommender Böhmischer König/ weder keine Abtissin mit ihrem Convent die Macht und Gewalt haben solle/ auch nur das geringste/ sowohl von Dörffern/ Höffen/ als der Statt Trebniz mit keiner ersinnlicher Weise zu verkauffen/ verpfänden oder veralienieren; sofern aber etwas verkauffet oder verpfändet würde/ soll selbes null und gar ungültig seyn: es soll alles was diesem Closter jetziger Zeit zugehört und zugehören könnte/ völlig und unveränderlich auff ewige Zeiten verbleiben/ vergestalten wie es in der Landes-Ordnung Q. XI. vom Capitel des Prager Schlosses mit mehrern auffweiset. Derowegen befehlen Wir rc. Geben in Unserer Statt Linz/ den Montag nach dem Sonntag Judica in der Fasten/ das ist den 17. Tag Martij, Anno von der Geburth des Sohns Gottes/ Unsern Röm. Reichs anderten/ Hungarischen des sechsten/ und Böhmischem des dritten.



Ferd.

*Ferdinandus II. Imperator & Rex Bohemiae,
A. 1628. confirmat Privilegia Monasterij S. Georgij.*

WIR Ferdinand der Andere von Gottes Gnaden / erwählter Röm. Kaiser / zu allen Se-ten Mehrer des Reichs / zu Hungarn / Böhmen / Dalmatien / Croatię König / Erz-Herzog in Oesterreich / Marggraf in Mähren / Fürst zu Lüzelburg und Schlesien / und Marggraf zu Laufnitz sc.

GEBEN mit diesem Unsern Brieff Jedermanniglich zu wissen / daß Wir von der Ehrwürdigen Sophia Albinin von Helfenburg Abtissin und Priorin und dem ganzen Convent des Closters S. Georgij, ob dem Prager Schloß Unsern Lieben/ demüthigst gebethen worden / damit Wir alle Fundations-Brieff/ Majestäten/ Privilegia und Begnadungen / welche von Unsern Vorfahrern seeligsten Gedächtnus als Röm. Kaiser/ Böhmischem Königen und Königinnen diesem Closter ertheilet / und durch den Allerdurchlauchtigsten Fürsten und Herrn Matthiam als Röm. Kaiser/ Hungarischen und Böhmischem König Unsern allerliebsten Herrn Vatern und Vattern mit absonderlicher Majestät unterm dato Statt Linz/ den Montag nach dem Sonntag in der Fasten so genennt wird Judica, das ist den 27. Tag Monath Martij, Anno nach der Geburth des Sohns Gottes eintausend / sechshundert / und vierzehn / von Wort zu Wort Lobwürdig begnadet / verneuert / confirmirt / ihnen auch allergnädigst bestätigen wollen. Weilen Wir dann dero obbe-nenneten Abtissin / Priorin, und des ganzen Convents demüthigstem Begehrn allergnädigst geneigt / und die gemeldte Fundations sich ganz und unversehrt befinden / als haben Wir mit Unserm

Unserm Vorwissen / Wohlbedacht / auch mit Rath Unsern Lieben Getreuen / und mit Königlicher Macht hie in Böhmen / vor-gedachte Fundations-Brieffe / Majestäten / Privilegia und Be-gnadungen in allen / wie sie lauten und gesetzet seyn / in allen Punkten / Clausulen / Articulen / als wann dieselbe allhie von Wort zu Wort eingeleget und einverschrieben wären / allergnädigst gelobet / verneuret und confirmiret / und mit diesen Unsern Brieff kräftig / mächtig / loben und confirmiren wollen / gänzlich / damit alles was in diesen Briesen / Majestät und Be-gnadungen begriessen wird und jedermanniglich erkannt / ge-halten und unverbrüchlich verhalten werde.

Derowegen befahlen Wir allen Inwohnern und Unsern Unterthanen auf allen vier Ständen dieses Unser Erb-König-reichs Böhems jetzigen und künftigen Unsern Lieben Getreu-en / damit ihr obbenannter Abtissin / Priorin samt dem ganzen Convent des Closters S. Georgij, bey diesen unsern gelobten und confirmirten Privilegijs ohne einige Verwirrung jetzt und auf künftig ewige Zeiten erhalten / ihnen keine Verhindernus thun / noch einigen Menschen dergleichen zu thun zulassen wollet / und dieses unter Vermündung Unserer Kaiserlichen und Königlichen Ungnad und Zorns / wie auch Unserer nachkommenden Königen in Böhmen. Deme zu Urkund / haben Wir zu diesem Brie-fe Unser Kaiserlich und Königlich Insiegel anzuhencen gnädigst befohlen. Geben ob dem Prager Schloß am Montag der Gedächtnus S. Valentini, das ist den 14. Tag des Monath Februarij Anno 1628. Unser Römischen Reichs des neunten/ Hungarischen des zehenden / und des Böhmischen des eylfsten.





§. XXII.

**Monasterium S. Georgij Sanctimonialium
Ordinis Sancti Benedicti, à Summis Romanis Pontifici-
bus amatum, maximis gratijs, & Privilegijs exornatum.**

Eugenius III. Romanus Pontifex, qui in Pontifica-
tu vixit ab Anno Domini 1145. usque ad Annum 1153.
Monasterium S. Georgij in Sedis Apostolicæ suscipit pro-
tectionem, omniaque Regum Privilegia Mona-
sterio data confirmat.

Tenor Literarum de verbo ad verbum est iste.

Tenor Litera.
rum Papæ Eugenij 3. Anno 1145. **Eugenius Episcopus Servus Servorum Dei.**

Dilectis in Christo filiabus, Abbatissa Sancti Georgij, ejusdem Sororibus, tam presentibus, quam futuris, Regularem vitam professis in perpetuum. Religiosis desiderijs dignum est facilem præbere assensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Eapropter, dilecta in Domino filia, pro his qua de Religione, & honestate Vestra per Venerabilem Fratrem Nostrum Henricum Moraviensem Episcopum, Religiosum, & honestum virum intelleximus, preces ipsius pro vobis paternâ benignitate admittimus, & Beati Georgij Ecclesiam, qua in Pragensi Civitate sita est, in qua postpositis secularibus, & mundi illecebris pro cœlestis Regni desiderio incluse, Divino vacatis servitio, sub Beati Petri, & Nostra protectione suscipimus, & presentis scripti Privilegio communimus; statuentes, ut quasunque possessiones, quacunque bona ex dono, vel concessione Nobilis Viri Wladislai Boemorum Ducis in presentiarum justè, & Canonicè possiditis, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regam, vel Principum, oblatione fidelium, seu alijs justis modis Deo propitio poteritis adipisci, firma Vobis, Vestrisque succendentibus, & illibata permaneant.

Decernimus



Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, Vestris, & aliorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salvâ Sedis Apostolicae Auctoritate, & Pragensis Episcopi Canonica jutitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisque persona hanc Nostræ concessionis paginam sciens temerè contra eam venire, & inclusionem, vel quietem Vestram perturbare tentaverit, secundo, tertioque comonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis, honoris que sui dignitate careat, reaque se Divino judicio existere de perpetua iniquitate cognoscat, & à Sacratissimo corpore, & sanguine Christi, & Domini Redemptoris Nostrí Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districta ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa faventibus, sit pax Domini Nostrí Iesu Christi, & hic fructus bone actionis percipiat, & apud dilectum judicem præmia aeterna pacis inveniat.



§. XXIII.

Idem Romanus Pontifex Eugenius III. consolatur moestas Sanctimoniales ad S. Georgium singulari Epistolâ, Anno 1151. Ob obitum Henrici Zdik Episcopi Olomucensis, qui Monasterio S. Georgij libertates, & immunitates procuravit, & illud sibi protegendum, ornandum, & in virtute promovendum suscepit, Parthenonique à Sacris Confessionibus fuit.

Tenor Epistolæ de verbo ad Verbum est iste.

Tenor
Literar-
rum
Eugenij
III. An.
1151.

Eugenius Episcopus Servus Servorum Dei.
Dilectis in Christo filiabus, Abbatissæ Sancti Georgij, & ejus Sororibus, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Obitus Venerabilis Fratris Nostri Henrici bona memoria Moravensis Episcopi, benigni Patroni, & benefactoris Vestri, animum nostrum plurimum contristavit. Cujus nimirum commendabilis vita Nobis gaudium, & vobis in vestris necessitatibus opportunum solarium conferebat. Contrà consolationem in eo recipere possumus, quia miseria temporali subtractus, ad aeternam beatitudinem est translatus. Inter hac autem illud omnino debemus intendere, ut si quid ei carnalis pulveris adhaeserit, miserante Domino relaxetur, & ipse pro nobis apud Conditorem nostrum familiarius intercedat. Majora quippe de ipso auxilia, majora solalia modo speranda sunt, quam cum vobiscum corporali presentia morabatur.

Nos verò Anima ipsius inter Missarum solemnia immemores esse non possumus, nec debemus, qui non solum dum viveret, Apostolicæ Sedi, ac Nobis devotus extitit, & suis nos xenijs visitavit, sed postus in extremis, illa idonea ornamenta, que per instructas, & perfectas manus Vestras ad altaris ministerium studiosius operari fecit, pia Nobis

cum

cum devotione obtulit, & ad Nos deferri præcepit. Quæ Nos benignitate debitâ suscipientes, & pro ejus Anima Divinam Majestatem attentius exoramus, & de labore, & exercitio Vestro Vobis omnimodas gratiarum actiones referimus, monentes Vos, ut in proposito Professio- nis Vestrae, juxta mandatum, & doctrinam prædicti Patris Vestri atten- tius perdureatis, quatenus intervenientibus Beatorum Petri, & Pauli meritis ad aeterna beatitudinis gaudia, largiente Domino feliciter per- venire possitis. Datum Ferentini XVII. Kalend. Maij.

§. XXIV.

Romanus Pontifex Gregorius IX. qui in
Pontificatu vixit ab Anno Domini 1227. usque ad An-
num 1241. confirmat Anno 1233. Monasterio S. Georgij
omnia bona inferiùs posita, & specificata. Item idem dat faculta-
tem, ut libera persona possint ad Monasterium suscipi, post factam Pro-
fessionem sine licentia Abbatisse non possint ad alium locum transire.
Item idem, quod Capellanorum ordinatio debeat ab Episcopo Diocesa-
no, sicuti & Benedictiones Monialium fieri. Item, quod si Generale
Interdictum Terra foret, liceret eisdem Abbatisse, & Monialibus clau-
sis januis, Excommunicatis, & Interdictis exclusis, non pulsatis Cam-
panis, suppressâ voce Officia Divina celebrare, dummodo causam non
dedissent Interdicto. Item dedit facultatem, Decimas, & possessiones
ad jus Ecclesiarum earum spectantes, que à Latis detinebantur, redi-
mendi, & legitimè liberandi de manibus eorum, & ad Ecclesiæ ad
quas pertinebant revocandi. Item dedit facultatem, ut Monasterio
prædicto nulla præficeretur in Abbatissam, nisi quam Sorores com-
muni consensu, vel Sororum major pars, & Consilio sanioris,
secundum Deum, & Beati Benedicti Regulam pro-
vidissent eligendam, &c.

Tenor Literarum Apostolicarum est in hunc sensum.

Prudentibus Virginibus, que sub habitu Religionis accensis lampadi-
bus per opera Sanctitatis se jugiter preparant obviam ire Sponsi, Papæ
Sedes Apostolica debet patrocinium impertiri, nè forte cuiuslibet te-
meritatis rij IX.

meritatis incursum, aut eas à proposito revocet, aut quod absit, robur Sacre Religionis infringat; & propterea supplicationibus Abbatissa, & Monialium Sancti Georgij Pragensis, in quo Divino estis obsequio mancipate, sub Beati Petri, & ejusdem Sedis Apostolicae protectione etiam suscipimus, Nostrisque scripti privilegio similiter communimus, statuentes imprimis, ut Ordo Monasticus, qui secundum Deum, & Beati Benedicti Regulam in dicto Monasterio institutus esse dignoscetur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quasunque possessiones, & bona, que idem Monasterium nunc justè, & Canonice possidet, aut in futurum ex Pontificum concessione, Regum, vel Principum Largitione, fidelium oblatione, seu alijs justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma eidem Monasterio, & illibata permaneant. Præsertim infra scripta: Locus in quo prædictum Monasterium situm est, cum omnibus suis pertinentijs:

Bona ad Mo-
nasteri-
Geor-
gi spe-
stantia.
cov, Tinech, Natwinice, Suchidol, Kamik, Licbuczewz, Nutomici, Gradec, Guscinech, Rese, Okori, Knesinys, Selunici, Knovizi, Goloufi, Pre-
um S. stawlici, Wirbna, Tusatin, Otwoici, Ownec, Boymieci, Brzeneci, Ne-
radici, Breseni, Cirnkow, Dusnici, Zvemizlici, Boranovici, Ztres-
cich, Plichove, Ozluchove, Tesline, Trebusicich, Knuvici, Pebreb, Selevcici, Urranas, Scribcib, Gemnicib, Podetovicich, Braptronicich, Lotufi, Celevici, Scar, Trismenuezd, Hindribo-Ugezd, Hindrichovi-
ci, Cretes, Grabina, Cladorubci, Novosedli, Setehorici, Nemcici, Zagorcici, & Volenici, Villarum Decima, Libertates quoque, & exemptiones secularium exactionum, que Zwod, Naroch, Glava, Nucbleh, & Narez, vulgariter nuncupantur, à Clara memorie Wenceslao Rege Bohemiae Monasterio predicto concessæ, & aliae pos-
sessiones cum pratis, vineis, terris, nemoribus, usuagijs, & pascuis in Bosco, & piano, in aquis, & molendinis, in vijs, & semitis, & omnibus alijs libertatibus, & immunitatibus suis, salvâ super Deci-
mis moderatione Concilij Generalis.

In Provincia Litomericensi: Trebenici, Hodowlici, Glupo-
glawi, Welemin, Padlesin, Boztesici, Polepi, Scirevici, Wrantzko,
Hwalowicich, & Borecz, Villa cum pertinentijs suis. Nonum for-
um, & tres hospites, ac telonium in Litomericz. Nonum forum,
& telonium in Ustc. Nonum forum in Satecz.

In Provincia Melnicensi: Nebusel, Viezd, Gornfici, Ninchow,
Horuski, & Hawrutici, Villa cum pertinentijs suis.

In Provincia Gauranski: Cobelnici, Kanin, Opoleli, Oscek,
Oldrisi, Odrepfi, Vinarci, Sadovi, Knienici, & Knenici, villa cum per-
tentientijs suis. Nonum forum in Melnik.

In Provincia Netolicensi: Nonum forum, & telonium in
Prachaticz: Bavorovici, Karlovici, Malefici, Veistimira, Wesci,
Radcici,

Radcici, Pogorovici, Stroncovici, Lusna, villa cum pertinentijs suis.

In Provincia Prahnensi. Velenove, Kirlyci Kneunetici, Zam-
linone, Vilskovici, Makarow, Bratronici, Napasciowe, Scevitinsko,
& Cegkovici, villa cum pertinentijs suis.

In Provincia Plznensti. Nonum telonium Domafilici, Gvin-
naz, Napteunce, Oresicich, Benovici, Whorkach, Nowakowici, Si-
zenkovici, Tinci, Dudlebe, Obitci, Bnisici, villa cum pertinentijs suis.

In Provincia Bozeni: Nagradisci, Zagoru, Napoli, Pod-
rubli, Huzinec, Drabiniec, Kuclichi, Luscoricz, Naztessowe, &
Nerestri, villa cum pertinentijs suis. Circa Sylvam de Kletec unus
homo, qui vulgariter Dusnik nuncupatur.

In Provincia Pragensi: Veltese, Blas, Goresovich, Gobsovici-
cich, Plichove, Ozluchove, Tesline, Trebusicich, Knuvici, Pebreb,
Selevcici, Urranas, Scribcib, Gemnicib, Podetovicich, Braptronicich,
Lotufi, Celevici, Scar, Trismenuezd, Hindribo-Ugezd, Hindrichovi-
ci, Cretes, Grabina, Cladorubci, Novosedli, Setehorici, Nemcici,
Zagorcici, & Volenici, Villarum Decima, Libertates quoque, &
exemptiones secularium exactionum, que Zwod, Naroch, Glava,
Nucbleh, & Narez, vulgariter nuncupantur, à Clara memorie
Wenceslao Rege Bohemiae Monasterio predicto concessæ, & aliae pos-
sessiones cum pratis, vineis, terris, nemoribus, usuagijs, & pascuis
in Bosco, & piano, in aquis, & molendinis, in vijs, & semitis, &
omnibus alijs libertatibus, & immunitatibus suis, salvâ super Deci-
mis moderatione Concilij Generalis.

Statuens præterea idem Gregorius IX. ut Abbatissa, & Mo-
niales Monasterij hujusmodi de novalibus suis, quæ proprijs
manibus, aut sumptibus colebant, & de quibus aliquis eatenus
non perceperat, vel de nutrimentis animalium suorum nullus
ab eis Decimas exigere, & extorquere præsumeret. Quód-
que liceret eis personas liberas, & absolutas, à seculo fugien-
tes, ad Conversionem recipere, & eas absque contradictione
aliqua retinere.

Nullique post factam in dicto Monasterio professionem
fas esset sine Abbatissæ tuæ licentia de eodem loco nisi arctio-
ris Religionis obtentu discedere, discedentem verò absque
communium

communium literarum Abbatissæ, & Monialium cautione nullus auderet retinere.

Ad hæc, quod si Generale Interdictum Terræ foret, licet eisdem Abbatissæ, & Monialibus, clausis januis, excommunicatis, & interdictis exclusis, non pulsatis campanis, suppressâ voce Officia Divina celebrare, dummodo causam non dedit Interdicto.

Volens insuper idem *Gregorius Papa*, quod Benedictiones Monialium, & ordinationes Capellanorum earum, qui ad Sacros Ordines forent promovendi, ab Episcopo Dioecesano sive pravitate aliqua eis exhiberentur.

Quodque Decimas, & possessiones ad jus Ecclesiarum eorum spectantes, quæ à Laicis detinebantur, redimendi, & legitimè liberandi de manibus eorum, & ad Ecclesias ad quas pertinebant revocandi libera esset eis facultas, Monasterio autem praedicto nulla præficeretur in *Abbatissam*, nisi quam Sorores communi consensu, vel Sororum major pars, & consilij sanioris, secundum Deum, & *Beati Benedicti* Regulam providissent eligendam.

Et denique idem *Gregorius*, paci, & tranquillitati earum paternâ sollicitudine providere volens, prohibuit, ut infra clausuram locorum, & grangiarum earum, nullus rapinam, seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temerè capere, vel interficere, seu violentiam auderet exercere, & ad extremum omnes libertates, & immunitates à Prædecessoribus suis Romanis Pontificibus dicto Monasterio concessas, nec non libertates, & exemptiones sacerdotalium exactiōnum à Regibus, & Principibus, & alijs fidelibus rationabiliter ei indultas, Apostolicâ auctoritate confirmavit, & sui scripti privilegio communivit.

Decernens etiam, ut nulli omnino hominum liceret praedictum Monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, imminuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed ut omnia integra conservarentur, earum, pro quarum gubernatione, & sustentatione concessâ erant, usibus omnimodis profutura, Salvâ Sedis Apostolicæ praedictæ authoritate,

authoritate, & Episcopi Dioecesani Canonicâ justitiâ. Cavens idcirco, quod si quæ in futurum Ecclesiastica, sacerdotalisque persona, contra suæ Constitutionis paginam hujusmodi sciens temerè venire tentaret, secundò, tertioque commonita, nisi reatum suum congruâ satisfactione corrigeret, potestatis, honoris que sui careret dignitate, reamque se Divino judicio existere de perpetrata iniustitate cognosceretur, & à Sacratissimo Corpore, & sanguine Dei, & Domini Nostri Iesu Christi Redemptoris Nostri aliena fieret, atque in extremo examine districtæ subjaceret ultiōni.

§. XXV.

Innocentius Papa hujus Nominis IV. qui in Pontificatu vixit ab Anno Domini 1243. usque ad Annum 1254. concessit Ecclesia S. Georgij in Castro Pragensi, Indulgentias pro Anniversario die Dedicationis ipsius, & Festivitate ejusdem S. Martyris Georgij.

Tenor Literarum est iste.

Innocentius IV. Episcopus, Servus Servorum Dei. Universis Christi Fidelibus praesentes literas inspecturis, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Tenor Literarum Papæ Innocentij IV.

Vite perennis gloria, quæ mira benignitas Conditoris omnium beatam coronat aciem civium supernorum, & redemptis pretio sanguinis fusis de pretioso corpore Redemptoris meritorum debet acquiri virtute, inter qua illud esse pregrande dignoscitur, quod ubique Majestas Altissimi, sed præcipue in Sanctorum Ecclesijs collaudetur.

Rogamus itaque Universitatem Vestram, & hortamur in Domino, in remissionem Vobis peccatum injungentes, quatenus ad Monasterium S. Georgij Martyris Prag. Ordinis S. Benedicti imploraturi à Domino

Domino

Domino veniam delictorum in humilitate Spiritus accedit. Nos enim ut Christi fideles quasi per præmia salubriter ad merita invitimus, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confessi, omnibus verè pœnitentibus, & confessis, qui ad dictum Monasterium in Anniversario die Dedicacionis ipsius, & festivitate ejusdem Martyris accesserint, annuatim quadraginta dies de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus. Datum Lugduni 8. Idus Aprilis, Pontificatus Nostri Anno octavo.

§. XXVI.

Urbanus IV. Papa, omnes libertates, & exemptiones Monasterio Sancti Georgij à Regibus concessas confirmat. Vixit Urbanus IV. in Pontificatu ab Anno Domini 1261. usque ad Annum 1264.

Tenor Literarum est iste.

Urbanus Episcopus, Servus Servorum Dei.

Tenor Literarum Urbani IV. *Dilectis in Christo Filiabus, Abbatissæ, & Conventui Monasterij Sancti Georgij in Castro Pragensi, Ordinis Sancti Benedicti, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Cum à Nobis petitur quod iustum est, & honestum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officij Nostri ad debitum perducatur effectum. Exhibita siquidem Nobis Vesta petitio continebat, quod clara memoria Wenceslaus Rex Bohemiae nonnullas libertates, & exemptiones secularium exactiōnum Monasterio Vestro, & ejus hominibus Regiā liberalitate concessit, prout in patentibus literis ejus confessis exinde, ac suo sigillo signatis pleniū dicitur contineri. Nos itaque Vestris supplicationibus inclinati, concessionem hujusmodi, sicut pię, ac providè facta est, ratam, & firmam habentes, eam auctoritate Apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ Confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contrarie.

traire. Si quis autem hac attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Viterbij 5. Calend. Maii, Pontificatus Nostri Anno primo.

§. XXVII.

Benedictus Papa, hujus Nominis XII. qui in Pontificatu vixit ab Anno 1334. usque ad Annum 1341. constituit Abbatem Monasterij Offecensis Ordinis Cisterciensis, judicem supra quendam Albertum de Miecholup Armigerum Pragensem injurium Monasterij Sancti Georgij.

Tenor Literarum est iste.

Benedictus Episcopus, Servus Servorum Dei.

Tenor Literarum Papæ Benedicti XII. *Dilecto Filio Abbatij in Osek, Pragensis Diocesis, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Conquestæ sunt Nobis Dilecta in Christo filia, Abbatissa, & Conventus Monasterij S. Georgij in Castro Pragensi Ordinis S. Benedicti, quod Albertus de Miecholup miles, Pragensis Diocesis, super quibusdam pecuniarum summis, & rebus alijs, injuriatur eisdem.

Ideo discretioni Tua per Apostolica scripta mandamus, quatenus partibus convocatis audias causam, & appellazione remotâ debito fine decidas, faciens quod decreveris per censuram Ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratiâ, odio, vel timore subtraxerint, censurâ simili, appellazione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Avion. 10. Calend. Julij, Pontificatus Nostri Anno tertio.

§. XXVIII.

Statuta, & Constitutiones, quæ sunt datæ Ordini S. Benedicti, comprehendunt solos Religiosos, & non Moniales, sicut volebat comprehendere eas Visitator Ordinis. Sed irritum id fecit idem Papa Benedictus XII.

Tenor Literarum est iste.

Tenor Literarum Papæ Benedicti XII. **Benedictus Episcopus, Servus Servorum Dei.**

Dilectis Filijs, Abbatii Aula Regia Prag. Diaecsis, & Preposito Zderaziensi prope Pragam, per Prepositum soliti gubernari, Monasteriorum, ac Scholastico Ecclesie Prag. Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Suâ Nobis Dilecta in Christo filia, Abbatissa, & Conventus Monasterij S. Georgij in Castro Pragensi, Ordinis S. Benedicti, petitione monstrarunt, quod cum Przedborius Abbas Monasterij Brzewanoviensis extra Pragam, ejusdem Ordinis, afferens se Visitatorem Monasteriorum dicti Ordinis in Civitate, & Diaec. Pragens. constentium Auctoritate Apostolicâ constitutum, & habere faciendi observari Constitutiones super statu Monasteriorum, Abbatum, & Monachorum dicti Ordinis dudum à Nobis editas specialem à Sede Apostolica potestatem, ad Monasterium predictum Sancti Georgij se confidens, omnes Constitutiones hujusmodi fecisset eisdem Abbatissa, & Conventui legi, & etiam publicari, easque requisivisset, ut Constitutiones easdem servare deberent. Ex parte predictarum Abbatissa, & Conventus fuit coram eodem Abbate excipiendo propositum, quod cum predicta Constitutiones dumtaxat super statu Monasteriorum, Abbatum, & Monachorum dicti Ordinis facta fuissent, & de Abbatissa, ac Monialibus Monasteriorum dicti Ordinis nulla in iisdem Constitutionibus mentio facta foret, nec alias eadem Constitutiones ad Abbatissas,

& Mo-

& Moniales predicti Ordinis, earumque Monasteria se extenderent, sicut ex tenore dictarum Constitutionum liquido apparebat, preface Abbatissa, & Conventus Sancti Georgij ad observandum Constitutiones easdem minimè tenebantur, & ad id compelli de jure non poterant, nec debebant, & quia predictus Abbas eas super hoc audire contrajustitiam denegavit, pro parte dictarum Abbatissa, & Conventus Sancti Georgij, exinde sentientium indebet se gravari, ad eandem Sedem exstitit appellatum.

Quocirca Discretioni Vestra per Apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propositis, quod justum fuerit, appellatione remotâ decernatis, facientes quod decreveritis, per Censuram Ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, censurâ simili, appellatione cessante, agatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes his exequendis potueritis interesse, duo Vestrûm ea nibilominus exequantur. Datum Avion. 6. Kalend. Novembris. Pontificatus Nostri Anno quarto.

Præterea Notandum est, quod Virgines S. Georgij habuerint ex suo Ordine Confessores, (uti erat Anno 1408. Frater Martinus Professus Ordinis Sancti Benedicti in Insula,) moniales ad S. Georgium Privilegio immutatum est. Ita P. Balbinus Volum. 8. Erecti Confessarios fol. 140.

Item Clemens Papa, hujus Nominis VI. qui in Pontificatu vixit ab anno 1342. usque ad annum 1352. confirmavit anno tum possunt fui Pontificatus octavo, omnes libertates, & immunitates à tibi eli- Prædecessoribus suis Romanis Pontificibus, sive per Privilegia, gere. seu alias indulgentias Sanctimonialibus ad S. Georgium, & earum Cle- Monasterio concessas, nec non libertates, & exemptiones sa- mens Papa VI. fidelibus rationabiliter eis indultas, Apostolicâ auctoritate con- firmavit, & sui scripti patrocinio communivit.



§. XXIX.

Varij casus, eventus, & infortunia Monasterij S. Georgij in Castro Pragensi enumerantur.

Wratislaus ædificat templum S. Georgij in Castro Pragensi. **A**nno 912. Wratislaus Princeps Bohemiæ, promovendæ cupidus, in monte, qui tum *Suillus* vocabatur, & in quo *Libus* quondam domum ligneam tantum, deinde *Mnata* Princeps, subvecto Lapide Arcem peramplam erexerant: quam hodiéque ædibus Sacris, & profanis spectatissimam cernimus: templum in honorem *Divi Georgij* Martyris, ad instar illius, quod *Ratisbonæ* eidem Sancto dicatum aliquando viderat, fundamenta jecit, adhibitaque operariorūm singulari diligentia, sequenti æstate absolvit, Ecclesiāque Collegiatam in Bohemia primam, & Vetustissimam ibi erexit, & ad eam Canonicos introduxit, prout fusè ex antiquissimo Monasterij *Sancti Georgij* archivō hoc capite, §. I. probavi.

Wratislaus moritur anno 916. Fundator hujus Ecclesie S. Georgij Wratislaus Boëmiæ Dux, Pater S. Wenceslai piè in Domino obiit, secundum Hagekum anno 916. sed secundum alios scriptores, anno 926. Nam is adhuc vixit, & anno 919. cum *Henrico Imperatore*, cognomento *Aucupe*, propter *Misnia* partem, tunc *Delmantiam* dictam, à Majoribus suis possessam, & à Germanis vi extortam, bellum gessit. Et iterum anno 924. cum quadringentis equitibus, ipsi auxiliatum adversus *Hungaros* accurrit. Obiit ergo Wratislaus, anno 926. 13. Februarij.

Ità Thomas Peſina in Gloria Metropolitanæ Ecclesie, fol. 130. cui contradicit Balbinus in Bohemia Sancta, fol. 8. & ait mortuum esse, anno 916.

Wratislaus in Ecclesia Primus ad *Divi Georgij*, non tantum Ducum, sed Christianorum etiam, sepelitur Wratislaus, Parentibus Sanctissimis *Boris* & *Zivojo*, & *S. Ludmilla* Martyre genitus.

Cui hoc Epitaphium apponit, & docet juxta *Balbinum*, *Pontanum*, *Paproctum*, *Weleslavinam*, Wratislaum fuisse mortuum anno

77

anno 916. P. *Georgius Crugierius*, S. J. in suis sacris pulveribus, 13. Februarij.

*Miraris, rude marmor, homo, nec celte dolatum,
Quod celebre inclusi nec quoque nomen habet?
Sic Veteres soluere: his planè moribus, intus
Consumilem tumulum Wratislaus habet.
Principis è vita nihilominus accipe pauca,
Quæ velut incisâ proderet arte lapis.
Hujus ad arbitrium, bona sœpius orbita Sortis,
Continuit faciles, fallere vota, rotas.
Unda etiam terræ Bojemidis arva beârunt,
Candida, cum pura Relligione, fides.
Indulxit sed multa toro! binc uxorius audit:
Excusat titulos ast pietatis opus.
Hoc etenim fecit, stygio Jove pectore pulso,
Ut faceret servam, te Drabomira, Deo.
Sed insisti omnem thalami socia impia amorem,
Præque favore viri, Marsque, Venusque, fuit.
Gaudia turbârunt, vesanæ conjugis ergo
Et dolus, & veris, mens inimica, sacrâs.
Quid volumus? terris nulla est sincera voluptas,
Quæ dulci pascit nectare, pungit apis.*

Anno ergo 916. mortuo Wratislao, & in Ecclesia Sancti Georgij in Castro Pragensi sepulto, Drabomira, Wratislai uxor, mira quod filij, Wenceslaus, & Boleslaus per ætatem non dum essent Templum S. gerendæ Reipublicæ idonei, primoribus gentis non latâs providè assentientibus, regimen foemina gentilis suscepit: quod à cædibus Christianorum clâm, & palâm per suos latellites factis, sacrarûmque ædium demolitione, ut Teynenis, S. Joannis Baptiste in Arce Pragensi, & S. Georgij auspicata est, ac templum Teynense,

Wratislai Epi-taphium.

nense; ac Divi Georgij, nullo respectu mariti sui Duci Wratislai ibidem sepulti habito, & vicinum illi Divo Joanni Baptiste dicatum, succendi jussit, anno Domini 919.

S. Ludmilla. Denique scelus sceleri accumulando, eò usque tyrannidis, ac fævitiae venit immanissima Jezabel Drabomira, ut Ludmillam occidi, & quoque socrum suam, Borzivoj conthoralem, mulierum pienissimam, quod illam Christianorum Sacra studio ingenti protrahere.

movere, atque ideo Nepotem suum Wenceslaum ad capessenda eò citius Principatus gubernacula, tótque malis finem imponendum, assiduò hortari non ignoraret, tollere de medio constituerit: quod etiam ausu nefario, crudelique, anno 920. perfecit per Proceres Ethnico Tuman, & Kuman, in Arce sua Tetinensis, qui intempestâ nocte in cubile irrumpentes, eam orantem elisis faucibus velo capitis suffocârunt, & alliso ejus ad faxum capite sanguinem profuderunt, & occiderunt.

Annum Passionis S. Ludmilla refert Balbinus, 927. Verius tamen & probabilius ipse censet cum Hagek & Weleslavino, annum 920. 16. Septembbris.

S. Ludmilla. Sepulta est anno 920. S. Ludmilla Tetini ad S. Catharina Ecclesiam in coemeterio. Et ex eo tempore (scribit Wenceslaus Hagecius ad annum 922.) quod S. Ludmilla Tetini sit condita, Tellurem illam Coemeterij, nullius omnino quantumvis pij, & Christiani hominis, nè infants quidem, cadaver tolerare, quin altero mox die ejiciat, & inopertum relinquat, ideoque ad S. Michaelem Tetini, non ad S. Catharinam Tetinensis humari: probatum id saepius, & à se cognitum, cum sexennio Ecclesijs illis præfuerit. Hæc Hagecius. Quod venerationi S. Ludmilla cælitus datum, & humum SS. Martyris corpore quodammodo præconsecratam, cætera corpora deditiari putandum est. Idque cum Hagecio omnis retrò sensit antiquitas. Imò ego à fide dignissimis audivi, quod ante paucos annos cujusdam Domini infans in Coemeterio S. Catharina, in quo olim sepultum fuit corpus Sancte Ludmilla Martyris, sepultus, alterâ die corpus illius extra sepulchrum sit inventum, & deinde ad Ecclesiam S. Michaelis sepultum.

Anno

Anno 929. secundum Thomam Peßina in Gloria Metropolitanæ Ecclesiæ, Radio III. fol. 137. verius secundum Hagecius, & alios, anno 922. cùm jam templum Sancti Georgij in Arce S. Ludmilla Pragensi, incendio deformatum denuò instauratum esset, Wenceslaus Aviæ suæ S. Ludmilla recordatus, corpus ejus Tetini, in cæmeterio Sancte Catharina tumulatum, Pragam transferri constituit. Itaque suos Presbyteros, & sæculares, quibus præstiterunt, cæteris fidebat, unà cum Paulo Presbytero, olim S. Ludmilla Capellano, mox eò misit, ut is ostenderet locum, in quo humatum esset corpus S. Ludmille. Qui ostendo loco, & egestâ terrâ, tumulum quidem totum corruptum, putrefactumque, sed corpus integerrimum suavissimo fragrans odore (tametsi biennio, & amplius in loco injurijs coeli exposito jacuisset) invenerunt. Quo viso omnes læti exclamârunt: Sit Dominus Deus ex hoc dono in excelsis aeternum benedictus. Et deponentes illud ad altare Sancte Catharina, Presbyteri sacra celebrârunt, & omnes congaudebant. Divinis absolutis illud ad currum posuerunt, & Pragam advectum, in templo primùm S. Matthei, quod paulò ante suam mortem exstrui fecit filius Borzivogij Spitibnevus dictus, (ubi nunc est domus ad aureum globum dicta,) deinde S. Georgij, publicè omnibus etiam infidelibus spectandum jussu Wenceslai exposuerunt; unde commoti gentiles non pauci, religionem Christianam amplexi sunt. Magna postmodum solemnitate, nec minori Christianorum qui aderant gaudio, sacrum corpus in eodem templo Sancti Georgij fuit conditum, ubi hodiéque pie asservatur.

Vitam S. Ludmilla scripsérunt permulti. Primus, Christopherus Divæ pronepos. Item, Nicolaus Salius, S. J. Joannes Bonifacius, S. J. Hispanus in Historia Virginali, Surius, Georgius Ferus, S. J. qui consuluntur, & legantur. Ego hic solum unum miraculum de velo S. Ludmilla exscribo ex Wenceslao Hagecio.

Anno 1100. in Coenobio Windelmutb appellato, cùm Antistita Sacrarum Virginum novum templum exstruxisset, & ab Episcopo dedicari, & consecrari impetrâsse, isque Reliquias sacras, (ut mos est) impositurus ad Aram ascenderet, inter alia Lipsana sacra, Abbatissâ partem Veli Episcopo porrexit: quærerit

quærit Episcopus, quales istæ essent Reliquiæ? respondit Abbatissa: partem esse Veli, quod Sancta Ludmilla gestasset: Tum Episcopus: *Abi, inquit, & abstine ab ejus Sanctitate predicanda.* *Bona hec vetula requiescat in pace.* Hic Abbatissa: ô Venerabilis Pater, ait, scito mira Deum Sanctæ hujus meritis patrare, ac patrâsse. *Hoc Velum quasi pretiosum donum mihi à quodam Sancto Viro ex Bohemia missum est.* Tum Episcopus: multos ut video tu Sanctos habes. Simul in prunas, quæ fortè ad Cæremonias sacras peragendas erant in promptu, velum hoc conjicit: res mira! protinus ignis velum hoc sacrum corripuit, sed tam innoxie, ut & arderet, & non consumeretur: extractum exigne rufus ut antè candidum, & integrum apparuit.

Secuta omnium spectantium admiratio, & Episcopus flexo genu cum lacrymis culpam deprecans, miraculum, & sanctimoniam Divæ Ludmilla prædicare coepit, ac denique in Altare cum cæteris Sanctorum Reliquijs reverenter hoc velum imposuit. Hactenus Wenceslai Hagecius Canonici Vetero-Boleslavensis narratio. Qui plura cupit, Vitam Sanctæ hujus legat, inveniet majora.

Borzi- Anno Domini 910. piè in Domino obiit Princeps Boëvogij miæ Borzivogius, anno ætatis suæ septuagesimo quinto, vel se-
offa ad Ecclesiæ ptimo, ut habet Weleslav. in Genealog. Ducum Bohemiæ, &
fiam S. in novo templo Sancti Michaëlis Archangeli inter Arcem, & op-
Georgij pidum Tetinum à se ædificato, tumulatur.
runtur.

Cujus offa successu temporis indè levata, & in Ecclesia S. Georgii in Castro Pragensi intrà Altare, quod est in medio, sacrarum instar Reliquiarum recondita esse perhibent. Ità P. Crugericus in M. S. syllabo Sanct. & Beator. Bohemia.

Boles- Anno Domini 999. Dux Boëmiæ Boleslaus Pius, frater B. laus Pius, in Milade, seu Mlada, primæ ad S. Georgium Abbatissæ, piè in Do- Ecclesia mino obiit, sepultus in templo S. Georgij, atque super ejus mo- S. Ge- numentum, Ara erecta est, in qua prout ad Sanctorum cor- orgij sepeli- tur. Sacrificium Missæ offertur, sūltque ibi à fæcu- lis pluribus nomen ejus cum titulo Beati, sepulchro inscrip- tum. Hic demum Boëmiam plenè Christo subjecit, verâmque pietatem ubique plantavit, morisque illius in primis auctor fuit,

* * *
fuit, ut cruces ad sacram columnam passim juxta vias colloca- rentur. Ità in vestigio Pia Boëmia Venerabilis P. Chanowsky S. J.

Annô Domini 1039. Boleslai Pij prænominati pronepos, Dux Boëmiæ Brzetislaus, (cui scriptores domestici, ob singula- rem animi virtutem, & fortitudinem, Achillis Boëmici nomen attribuunt,) cùm ab expeditione Polonica Pragam gloriofis rediisset, transtulit ex templo Gneznensi corpora SS. Adalberti, Gaudentij juxta carnem S. Adalberti fratris, uti & Quinque Fra- trum quondam in Polonia Martyrizatorum, & eodem Annô præ- nominatò in Ecclesiam S. Viti Pragæ in pævigilio S. Bartholomei Apóstoli intulit. Vide Crugericum in Sacris Pulveribus ad 23. Au- gusti, Dubravium, Weleslaviam, &c.

Fusissimus etiam est in hac Translatione Wenceslaus Hagek Hagek ad Annum 1039. fol. 114. & sequentibus. Ex quo minime ad An- prætereundum est illud speciale notandum, quinam Sancti num 1039. Adalberti corpus, qui Gaudentij, qui reliquorum Quinque Fra- trum ossa tulisse memorentur. Hos nominatim exprimit præ- citato loco Hagecius: Brzetislaus Princeps, Severus Episcopus, Abba- Princeps Abbatissa S. Georgij, & Procopius Sazaviensis Abbas, nunc Regni Boëmiæ Patronus, tulerunt primo loco Sanctum corpus Adal- berti. Post eum Metropolitani, & Vetero-Boleslavenses quatuor Archi-Præbyteri Beatum Gaudentium: Tertiò sequebantur Helinan- dus Ostroviensis, Miroslaus Brzevnoviensis, Clemens Rupensis, Abba- tes: & alij Prælati portantes corpora SS. Quinque Fratrum. Hæc zavienſi citatus Hagecius.

Annô Domini 1055. 4 Idus Januarij piè in Domino obiit crum Dux Boëmiæ Brzetislaus, cui ejus natu major filius Spithinevus corpus in regimine successit, à puerò statim hominibus Germanis in- festissimus, tum verò adeptâ nocendi quoque potestate, adeò Spiti- in illos implacabilis, ut contra sententiam virorum Primorum, hnevus Dux exemplum intolens detestantium edictum proponeret, quo Boë- intrà triduum Germani omnes è Boëmia pellebantur. Ac nè miæ, respicere personas, Matremque suam Juditham, Ottonis Candidi, Ma- Comitis Rheni filiam, quam Parens Brzetislaus ex Monasterio & Ab- Ratisbonensi, (secundum Hagecium, Anno Domini 1026.) ab batif- stulerat, raptâmque in Matrimonium duxerat, ab alijs fecer- L nere

S. Geor-
gij Ger-
manas
Boëmia
pellit.
nere videretur, illam quoque in *Germaniam*, talvis rebus suis reverti jubet.

Restabat Virgo Vestalis Divo *Georgio* in Arce Pragensi consecrata, loci *Abbatissa*, Nobilibus in Germania Parentibus orta, Comitis *Braunoviensis* filia, quæ Religione se tutam existimans, abitum ex *Boëmia* etiam post edictum dissimulabat. Hic ille atrâ bile percitus, denunciari protinus Abbatissæ jubet: *Nisi ante noctem cenobio egressa fuerit, nihil post hanc illi adversus imperium Principis, aut flammeum, aut velum profuturum.*

Causam tam intemperantis denunciationis, ex hac offensa adserit *Hagecius* obortam.

Muro cingendam Arcem *Brzetislaus* conduxerat, metiri que se præsente spatiū illius jussérat, cùm *Spitibnevus* filius, etiam tum adolescentulus adesset. Metienti *Clybanus* proximè *Cænobium* obviam fuit, qui cursum funiculi à via detorquebat, quoniam Parens fūrno parci injunxerat. Quo paulum progresso *Spitibnevus* subsistens, *Clybanum* invadit, illūmque vi suā demolitur, his præterea verbis insultans: *Non amplius Germana hec Sanctimonialis, tostas ex hoc Clybano edet placentas.* Ad quæ illa commota: *Videte, inquit, robustum Boënum, quam strenuum facinus designarit, fictilem unus solus fornaculam diruit, quam vix tres validissimi Juvenes Germani perturbassent, dignus scilicet ob hanc victoriam coronâ triumphali.*

Arriserat dicenti *Judith* Mater, quæ tum præstò fuit, & perinde atque illa *Abbatissa* filium offenderat.

Ad gubernacula Regni deindè mortuo Patre *Brzetislawo* assumptus *Spitibnevus*, & secundūm avitum morem ad Ecclesiam *Sancti Georgii* deductus, curavit ad se advocari loci *Abbatissam*, cui ante lestanti dixit: nunc tempus opportunius est, ut decantetur *Te Deum Laudamus*, & compulsentur campanæ, quod *Abbatissa Sancti Georgij* ex Regno Bohemiæ expelletur, nunc vir robustus expugnabit Urbem, & redimetur coronâ triumphali. Et mox curavit *Abbatissam* ad carrum imponi, & ex *Bohemiam* ad confinia *Bavariae* evehi, & liberam quod ire ulterius vellet, dimitti.

Judith à filio contempta, *Petro Regi Hungarie*, nuper ab *Judith* incolis Regno pulso nupsit, ac post ejus obitum in *Moraviam* Brze-
tislai tislae ad alios suos filios contulit, pietati, & religioni ibi dedita. vidua, Hujus pietatis ejus, hoc est monumentum, quod nunc *Lucen-* & Ma-
se Cænobium appellant, insigne opibus, juxta *Znoymam* situm, ter Spi-
sed id suo post tempore ædificatum. Obiit *Judith*, anno 1059. Petro
Regi
Hunga-
riae nu-
bit, &
II. Marchionis Moraviæ in Bohemiam, & domesticarum se-
Mon-
ditionum incremento haud contemnendum: quod præter
sterium
alias publicas calamitates, & multis illata ingentia damna, etiam se con-
Ecclesiæ Cathedrali *S. Viti Prague* accidit summè perniciosum. dit.
Cùm enim *Cunradus* prostrato *Wladislai I.* Ducis filio re-
gnante, bellum civile exortum est, hostili irruptione *Cunradi*
II. Marchionis Moraviæ in Bohemiam, & domesticarum se-
Mon-
ditionum incremento haud contemnendum: quod præter
sterium
Lucen-
alias publicas calamitates, & multis illata ingentia damna, etiam se con-
Ecclesiæ Cathedrali *S. Viti Prague* accidit summè perniciosum. dit.
Cùm enim *Cunradus* prostrato *Wladislai* exercitu, *Pragam*, Ur-
bem primò majorem, deindè Minorem oppugnandam frustà suscepisset, famâ postmodùm adventantis *Wladislao* in auxilium
Cæsarei militis territus, obsidionem solvere, inque tutiora se
se maturè recipere coactus fuit: nè tamen absque maleficio
aliquo insigniori abscederet, Urbem, & Arcem sagittis igneis
peti jussit. Quidam maleficus *Bacz* nomine, igneam sagittam
in tectum Ecclesiæ *S. Viti* ejaculatus est, tectumque accedit, Templa
ex quo incendio tota Ecclesia parietinis tantum superstantibus, *S. Viti*,
cum imaginibus, aris, statuis, aliisque supellestili, cum libris, orgijs
privilegijs, & scriptis conflagravit. Templum *S. Georgij* non confa-
tantum conflagravit, sed etiam ex vehementia ignis totum cor-
ruit, totumque exustum est Sanctimonialium Monasterium
A. 1142.
1. Junij.
unà cum omnibus cellis.

Id videntes Sanctionales, in tantam ab igne consterna-
tionem venerunt, ut sūi quoque, nēdum rerum aliarum
oblitæ, projectis flammeis, & velis, nè agnoscerentur, numero
ex Arce profugerunt ad montem *Petrinum* Arci proximum, & 75. ex
ibi flentes, & lachrymantes humili federunt numero septuaginta
Arce se
salvant
qua quinque. Indè surgentes, ad ripam *Vltaviae* perexerunt ad
ad Ec-
Ecclesiam *S. Joannis*, in qua horas Canonicas diu, noctuque
peregerunt, & non procul inde domum sibi eregerunt, & ædi-
ficarunt.

In combusta Ecclesia S. Georgij, & alijs pauperes Mechanici, qui noctu laborârunt, accesserunt Sanctimoniales, eis annuntiantes, quod noctu videant ignem ex combusto Monasterio S. Georgij prodeuntem, usque ad cœlum ascendentem, & Angelicos spiritus in hac flamma parabat flamma comparentes. Quæ combustam Ecclesiam S. Georgii auditis his ad cœlum accesserunt, & Murariorum Magistrum, nomine Werwerium rogârunt, ut is sub ruderibus corpus Sanctæ Ludmille quærat.

Qui etiam divinâ dispositione illud integrum, & incorrumptum in illa ptum invenit, & invento id Sanctimonialibus indicavit.

Quæ lœtæ ex hoc nuntio, id Episcopo Moraviæ Henrico retulerunt, & iterum Novam Ecclesiam S. Georgij ædificârunt, Corpus in qua corpus S. Ludmilla postmodùm collocârunt. Hæc Hæmillæ grecius ad Annum 1142. Pessina, Dubravius, &c.

Anno 1216. B. Andreas Episcopus Pragensis Vir Sanctis ruptum inter simus, de Summi Pontificis, cui charissimus erat, licentia, quinrudera que Sanctorum Martyrum, S. Adalberti Fratrum uterinorum Sacra inven corpora, summâ veneratione, totiusque cleri, ac populi Pratum. gensis supplicatione, Libicio Pragam transtulit, ac in Ecclesia S. Georgii in Arce-Pragensi in ipsum altare veluti Martyres ingrica clusit.

Anno Domini 1255. 13. Junij Prægæ profluxit sanguis de Sangui pede lignei Crucifixi in Ecclesia S. Georgii apud Benedictinas nis pro- Sacras Virgines, Pomneno Judice Regis Bohemiæ adorante fidigio- lutiferum signum.

Huic simile longè post, nempè anno Domini 1283. conCruci- tigit. Sed & nunc, itâ posteâ, sudores hujusmodi prodigiosi, fixo ad nihil lœtum protenderunt. Nam ab hoc signo, simultas inter D. Ge- orgi. Przemyslaum Regem, & Regni Proceres cum noxis multis Sunt erupit. Comani, Gens idolis addictissima, & moribus unâ ferocissima, Austria, & Moraviam, pro more barbarorum, ferro, & flammâ, miserè vastaverunt.

Hic porrò idem Crucifixus, antè ipsam Albo montensem stragem sudâsse tertio ubertim, circumferebatur, non tamen in Me- tro- litana, sed Choro Sacrarum Virginum, in quem à centum aliquot annis translatus est.

Et

Et erat cur? quia Catholicorum exercitus, nisi Deus è cœlo peculiariter succurrisset suis auxilijs, non habebat unde magnoperè triumphos speraret, sed cladem propè timeret.

Sudore illo prodigioso provocatæ Virgines, suis quoque precibus ad victoriam illam aliquid proinde contulisse censendæ sunt. Cæterum de illis duabus superioribus vicibus M. S. Jaroslaus in supplemento Cosmæ, adnotavit. Ex eo fide integrimâ erui veritatem. Hæc Georgius Crugerius, S. J. ad 13. Junij.

Anno Domini 1283. visa sunt stillicidia manantis sanguinis, de pede lignei Crucifixi, ad tumbam S. Ludmilla, in Ecclesia D. Georgij collocati. Et quia secundum, tertiumque stilla crucifixus in Ecclesia S. Georgij verant, tracta res est in portentum, in sequentis enormis cùjuspiam calamitatis. Neque aberraverant à vero suspicaces. Excepit paulo post Bohemiam, ut tum loquebantur, caristia, giosè hoc est sterilitas insolita, inde famæ, inde pestis, Hierosolymitanis paria supervenerunt.

Pars propè tertia hominum absumpta est: Matres etiam apud nos, interfectis liberis vescebantur.

Crucifixus porrò tot malorum, prodigioso illo sudore denunciator, hodiéque vel in odeo Monialium venerationi eattatam. rundem expositus est, vel in Metropolitana prostat in facello, per quod Choralistæ suum Chorum confundunt. Utrique enim loco fama suffragatur. Hæc P. Georgius Crugerius S. J. ad 15. Januarij.

Anno Domini 1431. (secundum P. Bobuslaum Balbinum cum S. J. in Boëmia Sancta, fol. 147. & secundum Hagecium anno 1421.) Mense Junio, Borzka, seu Ursula Czenkonis de Wartemberg Burggravii supremi Soror Antiflita Parthenonis S. Georgij in Castro Pragensi, ad Senaculum Antiquæ Urbis Pragensis, ad orationem profana subiellia ab Altaribus, ad opifices sordidissimos Principes foemina, Principis titulo ornata evocatur: querit Joannes Apostata Monachus: velutne Pragensum Articulis, (quos scilicet subscrihæres dictaverat,) subscribere cum suis Sacris Virginibus? monachus in ita? Partbenoni omnia tuta fore, & pacata: si recusat, fieri, omnia male illi eventura. Borzka in maximorum Procerum & Recafilia genita, animo præsenti conditionem paucissimis verbis recusat: tur,

recusat : ergo illi exilium in pervigilium *S. Joannis Baptista* decernunt: mittunt *Capitanei Pragensis*, qui deducerent satellites hæreti corruptissimos : *Borzkam* triginta Sacratæ Vestales sequabantur, per frequentissima *parva urbis* loca ducuntur, compita omnia vociferationibus hæreticorum, & petulantissimis scurrilibus, & impudicissimis, (quod Virginitati tormentum maximum,) vocibus personabant : in *Ponte*, qui *magnam*, & *parvam Pragam* conjungit in summum venere discrimen : erat quibusdam animus dare præcipites in *Muldavam*, restituere prudentiores civium, rixa, ac propè jam pugna fuit, tandem pars sanior, & mitior vicit : *ad Sanctam Annam Virginum Sancti Dominici cenobium* adducunt: huc enim ex cæteris quoque Cœnobijs Virgines compulerant mitiores hæretici, numero amplius trecentas quinquaginta.

Post varias consultationes hæreticorum, generis claritudo (nam pleræque *Procerum*, & *Nobilium* nurus erant,) mortis periculo innocuas animulas exemit.

Borzka cum suis prima, sed pecunijs, rebúsque omnibus spoliata, in exilium, deinde & cæteræ paulatim, nè furens plebs sentiret, dimittuntur, quas procul Patriâ exulatum in alienas terras ad sui Instituti Sorores abijisse, traditum est. *Hæc citatus P. Balbinus S. J.*

Abbatissa S. Georgij Hagecius ad annum Domini præcitatum, 1421. à *M. Laurentio Brzezina* Hæretico, qui fecutus est *Husii* placita, & errores, noluit deceptus, *Borzkam* Articulis Hæreticorum subscribere voluit subserbere articulis *Husiticis*, tum ipsum exilium, quod irrogatum est, luculentè Pragæ refellit. Si enim subscriptisset? cur ejecta est? profectò nullum, & lam hæretici causam adferre potuissent.

Borzka ergo *Wartembergica* Antistita *Parthenonis Georgiani* in exiliis, virilis animi Virgo, cùm *Pragensium articulis* subscribere nollet, pulsâ est è claustro, ac deinde cum Virginibus suis omnibus in exilium est deportata.

*Annô Domini 1436. Sigismundus Cæsar, & Rex Boëmiæ, in exilium actis Sanctimonialibus ab Hæreticis, (ut suprà dicitur bo. 87) oppignoravit, & transcripsit Domino *Joanni Kaplirz de Sulewicz,**

Sulewicz, ob præstita sibi fidelia servitia, bona ad Monasterium na Mo-
Sancti Georgij, scilicet : *Trzebenicium oppidum*, *Chodowliczum*, nasterij
Vpohlawy / Welemin, Cololecz, Syrzenice. S. Ge-
orgij.

Itèm : *Dubecz*, ad Præposituram *Litomericensem*, & *Srbecz* ad *Mielnicensem* Præposituram, spectantia, cum censibus, frumentis juribus omnibus ad prænominatum Oppidum, & prænominatos pagos spectantibus, pro mille sexagenis grossorum *Pragensium* argenteorum, & bonorum, probatorūmque. Indulsitque Imperator, ut prænominatus Dominus *Joannes Kaplirz* his bonis, & successores utantur, donec iterum pro prædicta summa ab Imperatore, successoribus Regibus, vel Monialibus redimantur.

Annô Domini 1541. exusta est *Arx Pragensis* cum templo *Templum S. Viti, Omnim Sanctorum, & Sancti Georgij*, cum *Georgij, cum Monasterio Claustro Sanctimonialium*. Vide meam historiam de Gloria Pragena.

Annô Domini 1542. Abbatissa *S. Georgij Barbara de Selmberg*, (fors ad restaurandum Anno præcedenti exustum Monasterium,) oppignoravit pro centum sexagenis grossorum *Abbatissa S. Pragensium* duos Pagos, scilicet : *Czynieticze, & Radiegjowicze* *Georgij* ad Monasterium spectantes, Domino *Joanni Zapsky, de Zaap*, oppi- & in *Dobrzegjowicz*, idque factum cum consensu *Regio*.

Annô Domini 1552. Imperator *Ferdinandus I.* licentiam dedit, & *Regio Diplomate* licentiam confirmavit, ut valeant, cum & possint, *Oswaldus Ssmaucz*, *Regiæ Cameræ Argenteæ*, & *Mattheus Czyrler*, *Regius Chyrurgus*, ambo simul sibi domum aedicare suis proprijs medijs penes Monasterium *S. Georgij*, & hujus culinam, in loco deserto. Hâc tamen conditione, si Rex, vel illius Successores, vel Loci *Abbatissa* hoc spatio pro sua utilitate, & commodo imposterum uti vellent, eam domum pro expensa in eam summa redimere possent, & prænominati dominus hujus possessores, vel eorum successores, dominum hanc *Regi*, vel *Abbatissæ* cedere debeant.

Annô Domini 1570. hanc prædictam licentiam confirmavit Imperator *Maximilianus II.* & Rex Boëmiæ, & *Regio Diplomate* indulxit, quod *Oswaldus Ssmaucz* medietatem hujus domus

domus à Matthæo Czyrler potuerit emere, conditione tamen
prædictâ.

Annô Domini 1571. idem Imperator Maximilianus II. admisit Jacobo Nastrany, ut sibi ædificet domum in fundo Monasterij S. Georgij, in loco deserto penes Capellam S. Joannis, dæque annum censem, octo grossorum Monasterio, certâ suprà dictâ conditione.

Annô Domini 1573. Imperator Maximilianus II. dedit po-
testatem Domino Joacimo Novobradsky de Kolowrat, ut exfol-
vere possit pagos ad Monasterium spéstantes.

Nebuziely, pro 690. Sexagenis Zalezlycze, pro 650. Sexagenis iisque utantur ad tres vitas, id est vivente ipso Domino Joachimo, ejus uxore, & filio suo Joanne.

Hanc licentiam utendi prænominatis pagis extendit ad
quatuor vitas, prænominato Domino *Joanni Kolowrat Novo-
bradky*, suorum quatuor successorum *Matthias Imperator*, Annō
Dominī 1612.

Annô Domini 1606. Principissæ ad S. Georgium Sophie Albinæ de Hellfenburg rebellârunt cives Trzebenicenses, ei in nullo voluerunt obedire, vineas pro oblata solutione excolere, Parrocho decimas dare noluerunt, claves illi ab Ecclesia acceperunt, illum ab ingressu Ecclesiæ excluserunt. De qua rebellione vide §. sequentem in serie Abbatissarum.

S. XXX.

*Nomina quarundam Abbatissarum, & Prin-
cipissarum ad S. Georgium recitantur.*

Milada, seu Mlada prima Abbatisa S. Geor- gjij. **B**eatæ Milada, vel Mlada Boëmiae Ducis Boleslai Sævi filia, soror Boleslai Pij, S. Wenceslai, & B. Przibislava Neptis, latinis literis, ac deinde Sacrarum Scripturarum notitiâ ad sæculi miraculum in Ratisbonensi Parthenone exculta, virginitate, & Religione conspicua, ubi cognovit Ottonis Cæsaris authoritate, ac Majestate Romæ pacata esse omnia, certumque tandem, & legitimum

legitimum existare Pontificem, mortuo Patre Boleslao Sevo, à fratre Boleslao Pio impetrat, ut sibi *Romam* liceat adire, & diu jam in Bohemia desideratum Episcopum à Sede Apostolica impetrare. *Romam* igitur veniens, in hospitium *Sanctimonialium Ordinis Sancti Benedicti* se contulit, longè enim, latèque illius Ordinis laus tunc diffusa erat, multique Religiosi tam ex vi- rili, quam ex muliebri sexu, nomina in illum dabant.

Sed nec *Mlada*, seu *Milada* dare suum nomen diutius morata est, quam ut edisceret ea, quæ ante Ordinis Professionem ediscenda fuerant. Instante die quo Virgo Nobilissima flammæ velari à Pontifice debuit, venit ad tempus in templum *Januarius* hujus nominis XIII. *Pontifex Romanus*, qui sibi ultrò ve- landi illam munus desumpserat. Et cùm enuntiare nomen *Milada* tanquam barbarum nequivisset, vocabulō id *Mariae* permutavit, *Mariáque* indè ab omnibus, quæ prius *Milada*, vocabatur. Consagrata est *Roma* inter *S. Benedicti Vestales*, anno Domini 971.

Hæc ipsissima Milada à Romano Pontifice Bohemis Episcopum impetravit, & sibi Abbatialem dignitatem, & pedum. Ac Pragam reversa, Cenobium Virginum ad S. Georgium in Castro Pragenſi, ex sua Principali hæreditate fundavit, dotavit, ejusque Cenobijs primam Antistitam, (Abbatissam vocant) egit. Et Fratri suo Boleslao Pio, Diploma Pontificium obtulit, quō idem Joannes Pontifex nominandi Prague Praesulis, seu Episcopi potestatem faciebat. Diploma vide superius §. VI. fol. 27.

Anno Domini 994. 8. Februarij hæc Pragensis Episcopatus, Romæ *Impetratrix*, & *Parthenonis Georgianæ Fundatrix*, sancte in Domino obiit, & ad cœlum evolavit, sepultaque est in eodem Monasterio in *Sacello S. Anne*.

Post mortem B. Miladae in Abbatissam Monasterij S. Georgij electa est Elisabetha ex Illustrissimo Stemmate Dominorum Querfurtenium, à quibus Comites Mansfeldenses suam deducunt Originem. Ità Elias Reusnerus in Operis Genealogici Aucta-
rio pag. 45.

Hujus Abbatissæ *Elisabetæ* frater erat *S. Bruno*, prius *Canonicus Magdeburgensis*; deinde factus *Monachus Benedictinus*, tan-

dem Archi-Episcopū, & in Prussia Martyr, de quo itā scribit Paulus Langius Monachus Bozaviensis Ordinis S. Benedicti in Chronico Citizeni: *S. Bruno Natione Saxo, ex illustri Baronum de Querffurt prosapia genitus, educatusque in Monasterio Magdeburgensi sub Adalberti curā, & Magistro Archi-Episcopo Magdeburgensi, crevit in Religionis probatissima, & eximia virum Sanctimoniam.*

Petrus Cratepolius lib de SS. Germaniæ: *S. Brunonem Martyrem ex illustri Saxonum Ducum familia ortum scribit. Est Querffurtum inter Salam, Unstrutum, Ravam amnes, sita ditio, quæ peculiares olim Comites habuit, nunc Mansfeldia conjuncta est: sed ex Querffurtensibus genus ducunt, qui Mansfeldiam tenent Clarissimi Comites.*

Tribemius lib. 3. de viris illustribus Ord. S. Benedicti cap. 230, prædicat eum moribus, & conversatione Sanctissimum, doctrinâ quoque, & scientiâ Scripturarum valdè præclarum.

Idem *Tribemius* itā scribit: Prodiit dein duodecimo anno post professionem in Ord. Benedict. Sanctis suis è Latebris *Bruno*, S. Adalberti Martyris Episcopi Pragensis, ut reor, trophæis potissimum excitatus: statuitque & ipse gentilium terras adire, vel Christo eos lucraturus, vel Martyrij comparaturus triumphum: neque eam tamen suo nutu aggressus est expeditionem, sed Romano primùm Pontifici coram consilia aperuit sua: qui fausta appreccatus, censuit Episcopali ornandum dignitate, & Pallium, quo consecratus insigniretur, dedit. Detulit id sècum in Germaniam *Bruno*, & probante quæ moliebatur S. Henrico Rege, Merseburgi consecratus est à Taginone quarto Magdeburgensis Ecclesiæ Archi-Episcopo, quem *Reineccius*, & alij Tagmonem appellant, Krantzius: *Dagonem*. Bucelinus: *Dadonem*. Dageni: *Dudonem*. Paulus Langius: *Dagenonem*.

Martyrologium Romanum 15. Octobris hæc de ipso habet: In Prussia S. Brunonis Episcopi Ruthenorum, & Martyris, qui Evangelium in ea Regione prædicans, ab impiis tentus, manibus, pedibúsque præcisus capite truncatus est, anno 1008. Plura de eo vide apud *Bollandum*. 14. Februarij.

Elisabetba

Elisabetba ergo de Querffurt, videns fratrem suum *Brunonem* factum esse Religiolum Ordinis S. Benedicti, exemplum ejus secuta, & ipsa Parthenonem S. Georgij intravit, habitum, & Regulam S. Benedicti suscepit, & mortuā B. Miladā in Abbatissam ad Sanctum Georgium est electa, quam dignitatem ante *Elisabetba*, (ut S. Henrico Imperium, & Brunoni *Elisabetba* Fratri Episcopatum) prædixit S. Wolfgangus Ratisbonensis Episcopus, ut in ejus vita, & Breviarij lectionibus habetur.

Annō Domini 1055. Abbatissam S. Georgij (nomen ignō-
ratur, & ab Hagecio non ponitur,) ex Comite Braumoviensi in
Bavaria natam, eò quod Germana esset, Dux Boëmiæ Spiti-
bneus ex Boëmia abegit, & despotice in Bavariam remisit. piter
Vide fusè hujus capititis, §. XXIX. suprà fol. 82.

B. Agnes Wladislai II. Regis Boëmiæ filia, S. Agnetis Prze-
myslai Ottokari I. filie Ordinis S. Francisci Amita, Soror Prze-
myslai Ottogari I. ex Getrude Sancti Leopoldi Marchionis Austriæ
filia, primùm Doxana inter Virgines Norbertinas Religiosam
vitam egit, quod Monasterium Mater ejus Getrudis exstru-
xit. Deinde Rege Przemyslao Ottokaro I. fratre agente, B. Agnes
ad S. Georgij Parthenonem Benedictinum regendum translata,
ibidem Abbatissa facta est. Hæc à fratre suo Przemyslao Otto-
karo I. pro se, & suo Coenobio S. Georgij quædam beneficia,
& Privilegia procuravit, & obtinuit. De quibus vide hujus
capitis, §. VII. VIII. & IX. Quō Annō obierit, in nullo Au-
thore deprehendi, & legi. Solūm diem obitūs Calendarium
Georgianum habet itā: 7. Junij, Obiit pia, & beata memorie
Agnes Abbatissa, Restauratrix Ecclesie S. Georgij Prague, Congregatio-
nis Nostræ Soror Professa, que nobis bona multa contulit. Sepulta
est in Monasterio S. Georgij in facello Sanctæ Annae prope corpus
B. Milade, in quo facello sèpe luminaria conspici referuntur.
Ita in Vestigio pia Boëmia.

Juditha Abbatissa S. Georgij, annō Domini 1271. obtinuit Juditha
à Rege Bohemiæ Ottokaro II. pro Monasterio suo multas gra-
tias, & Privilegia, subditos enim Monasterij exemit à Juris-
dictionibus Beneficiariorum, bona ad mortem condemnato-
rum Monasterio attribuit, permutationes Villarum in utilita-
tem

tem Monasterij confirmavit, telonia in diversis Civitatibus concessit. Vide hujus capit is, §. XI. Hæc *Juditba* in Abbatissam *S. Georgij* est consecrata, anno 1264. 18. Kalend. Septembris, vixit adhuc anno 1288.

B. Cu-
negun-
dis Ab-
batis. *B. Cunegundis* Antistita *S. Georgij*, nata est Patre Ottokaro II. bellicosissimo, ad extreum infelici Rege, Matre *Cunegunda* batissa. *Rosslai Bulgarorum Regis filia*, Soror fuit *Wenceslai II.* piissimi Regis, ab ineunte ætate puella nihil nisi Deum, & Divina spectabat: occiso Patre, naæta libertatem Deo se se devovendi, anno 1278. cum alijs 14. Leætissimis, & Nobilissimis Virginibus, *s. Agnetem* Avi sui *Wenceslai I.* Regis Bohemiæ Sororem imita ta, *Parthenonem S. Claræ ad Salvatorem* in Antiqua Urbe Pra gensi (nunc ad *S. Agnetem* dictum) ingressa est. Sed post annos duodecim ad Fratris sui in *Regnum Poloniae* jura firmando, Papâ annuente coæsta, *Masovia Duci* in conjugem datur: Duce marito viduata, sub Annum Christi 1302. 22. Julij Deo se se restituit, neque tamen prius illud *S. Claræ* Claustrum repetit, sed *Fratre Optimo* apud Pontificem agente *Sancti Georgij Parthenonem* subivit, ac post editam rurius Professionem, cum vitæ Sanctissimis exemplis cæteris præluceret, perpetuo que tenore vitæ omnes virtutum, & Sanctimoniarum partes impleret, communi virginum sententiâ, et si prius in conjugio vixerat, *Antistita* creatur anno 1305. Omnia apud Fratrem Regem poterat, ideoque amplissimis Privilegijs, Gratijs, favo ribus, Coenobium suum permuniri, locupletari etiam ditionibus, (quæ suprà in Bullis Regum attuli) procuravit, ut *Mater*, & altera *Cœnobij Fundatrix* appellari possit. Vide Mors B. Cunegundis. suprà, §. XII. & XIII. XIV. XV. Obiit piè, & sanctè, anno Christi 1321. 13. Februarij, ut habet *Beneficius*. Corpus de mortuæ, altiore Regium in modum Mausoleo, intrâ ambitum claustrum, in peculiari *Sacello B. Virginis* conditum jacet. Hæc *P. Balbinus* in Boëmia Sancta, fol. 76.

Sophia de Pietichwoß, successit *B. Cunegundi*, & eâ mortuâ, *Abbatissa Cœnobij S. Georgij* facta est, de qua hæc habet *Lupacius* in M. S. Erat reparatrix ejusdem Monasterij ex vetustate collapsa, & ignis

ignis incendio consumpti: *Speculum Religionis*, auctrix bonorum, & temporalium hæreditatum. Verbo: *specialis Benefactrix Conventus*.

Hæc Regnante Abbatissa *Sophia*, anno Christi 1328. *Drslaus Czernin*, Henrici Czernin ejus nominis IV. filius, Pre positus Ecclesiæ Metropolitanæ Pragensis, donavit villam di etam *Doneczicæ* Monasterio *S. Georgij* hæreditariè possidendam, hac conditione, ut eandem villam nomine Monasterij *Domina Margaretha* reliæta vidua *Petri de Lubyenewes*, Sanctimonialis, cum authoritate Abbatissæ, & consensu totius Conventus, ad vitam suam pacificè possideat, & teneat cum omnibus fructibus. Diebus tamen vitæ suæ *Domina Margaretha* tenebatur dare Conventui novem Sexagenas, & filiæ suæ Agneti itidem Moniali quinque sexagenas ad dies vitæ.

Sub hac 1325. in *S. Francisci* Pragæ decrevit Joannes Rex Boëniæ, ut omnia Privilegia, & immunitates Monasterio *S. Georgij* à Pontificibus, & alijs Principibus concessæ in suo ro bore permaneant. II. Ut solæ Abbatissæ potestatem habeant suos Officiales reformandi, & super subditos dominandi. III. Si aliquæ causæ, vel actiones adversùs Abbatissam motæ fuerint, ut coram Judice Ecclesiastico id fiat, & alibi respondere non teneatur. Si autem coram Abbatissa convenire non pos sent, ad Regem actio devolvatur.

Anno 1328. sub eadem Abbatissa *Sophia Capellanus Sancti Georgij*, legavit prædium in villa, seu pago *Otwogecz* situm, quod emit à discretis viris *Theodorico*, & *Ludero* fratribus, cum omnibus pertinentijs pro remedio animæ suæ, & parentum suorum Ecclesiæ *S. Georgij*.

Anno 1328. sub eadem Abbatissa *Sophia*, Nobilis Vir Do minus *Bobuslaus de Budinicz* villam suam in *Mradicz* cum omnibus juribus, & pertinentijs suis, ob suorum, & progenitorum ejus remedium peccatorum, Monasterio *S. Georgij* contulit.

Tenor Literarum prædictæ Abbatissæ est de verbo ad verbum talis.

Tenor Literarum Abbatissarum dePieti- chwost.
Nos Sophia Divinâ providentia Abbatissa, Catharina Priorissa, Ludca custrix, totusque Conventus Monasterij Sancti Georgij in Castro Pragensi Ordinis Sancti Benedicti.

Notum facimus universis presentes literas inspecturis, quod cum Nobilis Vir Dominus Bohuslaus de Budinicz, bona sua propria, videlicet villam in Mradicz, cum omnibus, juribus, & pertinentiis suis, ob suorum, & progenitorum ejus remedium peccatorum, nostro Monasterio conferre disponeret, & à Nobis loco eorundem bonorum alia Nostrae Monasterij aequivalentia bona ad vitâ sua tempora tenendi plurimum annuente sibi Divinâ Clementiâ affectaret, aliter tamen nullatenus eandem donationem dicto nostro Monasterio facere voluit, nisi domum Domini Hostyslai nostri Monasterij Praepositi, quam habet in majori Pragensi Civitate, sibi dari ad vitâ sua tempora procuraremus.

Qui quidem Hostyslaus Praepositus predictus cupiens de Nostrae Monasterij intendere utilitate, & profectu, & ne idem Nobilis per hoc suam voluntatem, & tam pium affectum forsitan imminueret, cœsit Nobis de sua domo memorata, donando Nobis eandem, per Nos, & Nostrum Monasterium, cum Juribus, & pertinentiis suis perpetuò, & hereditariè possidendam; & pro ea quemadmodum à Nobis petivit, ipsum Dominum Hostyslaum Praepositum à solutione census quatuor Marcarum, quas Nobis singulis annis de hereditate Nostra Mochol solvere tenetur, liberum facimus ad tempora vitâ sua. Insuper promittimus, & nos obligamus, prout postulavit à Nobis, in Passione S. Ludmilla prandium, seu refectorium Canonicis Nostris, scut in Fte Beati Georgij consuetum est, annis singulis tempore vite ipsius Hostislai, & in perpetuum ministrare. In Anniversario quoque ipsius Domini Hostislai, Canonicis, & Vicariis Canoniconorum nostrorum predictorum cum vigilijs canendis, & Missa Defunctorum, novem grossos, quos presentes inter se divident, ut in alijs distributionibus fieri consuevit, & unum grossum ad Offertorium, campanatoribus unum grossum, & pro pane pauperibus dabimus unum grossum, & Conventui medium sexagenam grossorum. Ita quod in sero ipsius, Vicarij vigilias cantabunt, & Conventus noster leget, & in

crafino

crafino Conventus Missam cantabit cum Canonicis, vel Vicariis, & Presbytero qui vocatur: Provincialis. Præterea promisit predictus Dominus Hostyslaus, ut predictum prandium infesto predicto dampnum melius ministretur, medium sexagenam in subsidium tribuere quoad vixerit annis singulis, non quod pro eadem media sexagena grossorum tantum fiat, sed alia ad hoc necessaria de nostris sumptibus apponantur, & post vitam suam omnia de nostris sumptibus ministrentur.

In quorum omnium testimonium, & robur perpetuò valitum, presentes literas fieri, & sigillorum nostrorum, videlicet Abbatiae, & Conventus munimine fecimus reborari. Datum, & Actum in predicto Nostro Monasterio, Anno Domini 1328. Kalend. Julij.

Anno Domini 1335. sub eadem Abbatissa Sophia, Joannes Lucemburgicus, Rex Boëmia confirmavit omnes libertates gratias, & Privilegia Monasterio Sancti Georgij. Vide Regium diploma hujus capituli, §. XVII.

Obiit Sophia de Pietichwoſt Abbatissa, anno Domini 1345. De hac plura vide §. V. fol. 16.

Mortuâ Sophiâ de Pietichwoſt, in Abbatissam electa est Agnes de Wrzyeffczow. Sub regimine hujus Abbatissæ, anno 1348. Carolus IV. Imperator, & Rex Boëmia suscipit Monasterium S. effczow Georgij cum omnibus in suam protectionem, omnibusque demandat, ut predictum Monasterium, Abbatissam, & Conventum únâ cum cæteris familiaribus, aliis hominibus, possessoribus, & bonis omnibus, & singulis dicti Monasterij habent ob Regiam, & Cælareæ Majestatis reverentiam commendatos. Contradicientibus imponit mulctam quadraginta Marcarum argenti puri, medium fisco Regio, & alteram predicto Monasterio deponendam, vide Bullam præcit. §. 18.

Idem Carolus IV. Imperator hâc regnante Abbatissâ Agnete de Wrzyeffczow adjecit Abbatissis Sancti Georgij titulum etiam Principalem, ut quælibet Abbatissa, etsi ortu non esset, esset tamen ob dignitatem Princeps, ed quod Regum uxores in publica Regni panegyri, cum Archi-Episcopo Pragensi, ipsa etiam sub corona minutiore únâ coronaret.

Et

Mors
Sophiæ
Abba-
tissæ.

Agnes

de

Wrzy-

effczow

Georgij,

Abba-

tissæ S.

Georgij,

facta

prima

Princ i-

pissæ.

Et hæc prima erat Principissa *S. Georgij* nominata, quæ etiam confirmavit hominibus Pagi *Welenicz* ad Monasterium *S. Georgij* spectantibus Privilegia antè data ab Abbatissis, quæ ipsis erant combusta in Civitate Nimburgensi. Facta est confirmatio Privilegiorum, anno 1347.

Anno 1348. Literæ à Rege Bohemiæ *Carolo IV.* datæ sub *Agnete* Abbatissa exhibent, quod Abbatissa cum Conventu, Capellanis, & utriusque sexūs familia, sub protectionem Regis pertineat.

Margaretha Princissam *S. Georgij*, electa est in Abbatissam, & Principissam *Margaretha*. Cui anno Domini 1360. & Monasterio *S. Georgij* legavit quidam Reverendus Dominus *Ottokar* dictus, Altaris *S. Jodoci* Altarista, decem sexagenas grossorum denariorum Pragensium.

Anno Domini 1361. hæc *Margaretha* Principissa elocavit sub certo censu villam *Manonicz* cuidam armigero *Alberto de Malikowicz* per quinque annos possidendam.

Mortuā *Margaretha*, in Principissam *S. Georgij* electa est *Elisabetha Kolowratiana*. Hæc anno Domini 1367. in die *S. Thomæ Apostoli*, cum consensu Conventū permittavit certas villas pro *Nepoliſi* cum Nobili viro Domino *Henslino de Turgow*, & incolis Villæ *Nepoliſi*, ac hæredibus, & successoribus eorum, viginti septem Laneos, & tria jugera majoris mensuræ, quilibet Laneus septuaginta jugera capiens, & septem cum dimidio Laneos, & septem jugera minoris mensuræ per sexaginta quatuor jugera continentes, cum areis, pratis, pascuis, communitatibus, libertatibus, pertinentijs, ac juribus suis universis ad jus Thevtonicum, & Emphiteyticum, quod vulgariter *Purchrech* nuncupatur, per ipsos, & hæredes eorum possidendos approbat, ratificavit, innovavit, & confirmavit. Ita tamen, ut homines, possessores Laneorum prædictorum, de quolibet Laneo majoris mensuræ, per centum, & sedecim grossos in duobus terminis divisim, scilicet *S. Georgij*, & *Sancti Galli*, Monasterio *S. Georgij* dare, & solvere teneantur.

Eadem Principissa, anno Domini 1370. in die Ascensionis, cum consensu Conventū, Villam *Podmokl*, cum duobus laneis

laneis liberis, & taberna, Lanione, pistore, & fabro etiam liberis, & duobus alijs laneis emphitevticis, qui vulgariter *Purchrech* dicuntur cum suis juribus, & pertinentijs suis universis elocavit sub certo censu, dicto *Blabuto*, & *Matthia de Luzzecz*, & hæredibus, & successoribus eorum.

Sub hac Principissa *Elisabetha Kolowratiana*, per arbitros pro Monasterio *S. Georgij* assignati sunt census septem sexagenarum ex villa *Dubravicz*. Deinde, anno 1375. hanc villam cum omnibus pertinentijs cessit *Matthias de Turn* Civis Majoris Civitatis Pragensis, Abbatissæ, & Canonicis *Sancti Georgij*. De hac Principissa *Elisabetha* plura vide hujus capitit, §. V. & hæc fuit soror germana *Hostislai*, Decani Sacensis, Curiæ Archi-Episcopalis Pragensis Officialis, Decretorum Doctoris. Hujus Principissæ literæ reperiuntur ab anno 1363. 1367. 1368 1370. 1375. 1386.

N. Abbatissa *S. Georgij* innocentier deposita est A. 1386. à M. S. Rege *Wenceslao ignavo*, hinc Romam perrexit, & appellavit, & ibi obiit.

Post hujus mortem, in Principissam *S. Georgij* electa est *Cunegundis Kolowratowna*, ex Illustrissimo Stemmate *Kolowrat* oriunda, & anno Domini 1387. in Abbatissam, & Principissam benedicta.

Hæc Principissa, anno 5. Benedictionis suæ Abbatiae, id est anno 1392. cum consensu Regis Boëmiæ *Wenceslai*, emit bona pro Monasterio *S. Georgij*, & *Pietantij* Sororum in villa *gudis* *Czenyeticz* à Nobili Viro Domino *Gyntramo de Rziczan* quinque sexagenas, 32. gross. pro 55. sexagenis. Et in villa *Swemy* sicut unam curiam cum aratura censuali, in exitu Villæ ad antiquam *Boleslaviam* in manu, & parte dextra sitam à Nobili Viro Domino *Paulo de Genstein* Fratre Germano *Joannis Baronis de Genstein* Archi-Episcopi Pragensis, Cardinalis, Episcopi Misnensis, tres sexagenas, triginta gross. Pragens. denariorum census anni in perpetuum pro quadraginta sexag. grossorum prædictorum justo emptionis titulo emit, & comparavit cum pleno dominio.

Obiit anno 1401. ut testatur Sepulchralis Lapis in Ecclesia.

Catharina
Princi-
pissa S.
Geor-
gij.

Hâc mortuâ, in Principissam *S. Georgij* electa est *Catbarina*. Quæ instigatione Divinâ instructa, quomodo æterna pro cœlestibus, & temporalia pro æternis commercari posset, summâ diligentia præcogitavit, & sic maturâ deliberatione, ac Sororum coætanearum suarum sano præhabito consilio, duas sexagenas, cum 44. grossi denariorium Pragensium annui, & perpetui censûs de propria substantia procuravit, & comparavit pro se, & Monasterio *Sancti Georgij* post mortem suam. Videlicet *Wruticz* villa in duabus curijs rusticibus centum grossos. Et in villa *Nebuzel*, in, & super curia servili, quæ vulgariter *Náprawa* dicitur cujusdam *Thome*, 64. grossi denariorum prædictorum. Quas singulis annis tollendas in suis terminis cæterorum censuum pecunias sic distribui optavit.

Primùm quidem in Anniversario suo, videlicet, die, & festo *S. Lamberti*, quem tunc adhuc ignoravit, vel in quamcunque diem incideret, tunc ipso die, Abbatissæ quæ pro tunc fuerit, 4. grossos. Virginibus Sanctimonialibus Monasterij *S. Georgij* cuilibet, 2. grossos. Vicarijs dicti Monasterij, 9. grossos. Matronis, 2. grossos. Campanatoribus, 2. grossos. Residuam verò partem, quæ superfluerit pro Missa ipso die lecta, & Eleemosyna dari, & distribui optavit.

Quibus omnibus sic ordinatis, & dispositis, sed nondum ad finem plenè deductis, & perductis, nec literis roboratis, seu confirmatis prædicta Domina *Catharina* diem suum Romæ clausit extremum.

Anna de Ssamberg Principissa S. Georgij. Mortuâ Romæ *Catharina*, in Abbatissam, & Principissam *Sancti Georgij* successit *Anna de Ssamberg*, quæ Fundationem Antecessoris suæ *Catharina* factam approbavit, ratificavit, & confirmavit, anno 1406. Litteræ confirmatoriae, & approbationis sic sonant.

*Nos ANNA miseratione Divinâ Abbatissa, Monasterij predicti tanquam votorum bene inceptorum pia promotrix, cupientes succendentibus, Nos etiam cordiale, ac fidele præbere exemplum, ut bene disposita non arceant, ac cassent, sed potius disordinata, & non dum ad effectum perducta augcant, & ad melius perducant, prædictam ipsius Domina *Catharinae* ordinationem, ac censuum praetectorum in anni-*

Anniversario ejus distributionem futuræ memoriæ reducimus, ratificamus, approbamus, & confirmamus per omnia.

Cujus quidem Anniversarij diem ponimus in festo superiorius expresso, & ut præmissa ipsius Domine *Catharine* Predecessoris meæ ordinatio, & dispositio in futurum teneatur, & inviolabiliter observeatur, Reverendissimo in Christo Patri, & Domino Domino Zbynkonii Dei gratiâ Archi-Episcopo Pragensi, Apostolicæ Sedis Legato, aut ipsius Dominis Vicarijs in Spiritualibus Generalibus humiliter, & devotè supplicamus, quatenus prescriptam ipsius Dominae *Catharine* ordinacionem, & dispositionem benignè, & gratiore approbare, ratificare, autorisare, & auctoritate ordinaria confirmare, census quoque prescriptorum usu superiorius disposito annexare, unire, applicare, inviscerare, & incorporare, ipsosque census Juris Ecclesiastici, & non mundani, decerni, reputari dignarentur, prout ad ipsorum officium jure disponente dignoscitur spectare.

In cujus rei Testimonium Sigilla Nostra, videlicet Annae Abbatissæ, & Conventus Monasterij *S. Georgij* sunt apposita. Datum in Nostro Monasterio, Anno Domini 1406. die 6. Julij.

Fundationem hanc confirmavit Archi-Episcopi Vicarius Generalis in hæc Verba.

Nos quoque Adam de Nezeticz Decretorum Doctor, Archi-Diaco-nus Gradicensis in Ecclesia Pragensi, Reverendissimi in Christo Patris, hujus & Domini Domini Zbynkonis, Dei gratiâ Archi-Episcopi Pragensis, Fundatricia Apostolicæ Sedis Legati, Vicarius in Spiritualibus, considerantes donationem, & dispositionem ante dictas, ac omnia, & singula superiorius descripta ex Zelo devotionis procedere, & facta in remedium anime salutare. Ideò supplicationibus Nobis pro parte Religiosa Domicella Annae Abbatissæ Monasterij *Sancti Georgij* ante dicti, tamque justis, rationabilibus, & Juri consonis favore annuentes, prescriptas donationem, & dispositionem in omnibus ipsarum punctis, clausulis, conditionibus, & articulis per omnia prout superiorius sunt descripta, approbamus, invisceramus, auctorisamus, & auctoritate ordinaria in Dei nomine presentibus confirmamus, prescriptosque census dicto Monasterio perpetuo anneximus, unimus, invisceramus, & incorporamus, ac de cetero, & in antea Juris Ecclesiastici decernimus reputari. Ita tamen, quod dicti census in usus communes committantur, ut per hoc proprietate

prietary Religiosis specialiter prohibite via præcludatur. Cùm autem dicti census perceptio ad Abbatissam quæ pro tempore fuerit, debeat spectare, & pertinere, volumus quodd quæcunque Abbatissa pro tempore exitus præscripti censum die Anniversarij præscripti in usus communes Monialium dicti Monasterij expendere neglexerit, aut non curaverit, quod mox ipso die Anniversarij elapsò in sententiam suspensionis ab ingressu Ecclesie incidat ipso facto, que per Dominos Vicarios in Spiritualibus dicti Archi-Episcopi Pragensis pro tempore existentes poterit relaxari, satisfactione debitâ præmissâ.

In cuius rei testimonium Sigillum Vicariatus Archi Episcopi Pragensis presentibus duximus appendendum. Datum Prague, Annô Domini 1406. 9. Mensis Julij.

Annô 1409. Eadem Abbatissa, & Principissa Anna, cum consensu Conventûs permutavit cum Monasterio Strahoviensi, & loci illius Abbat Petro, villam Uglezdecz dictam, ad Monasterium S. Georgij spectantem, quæ villa sita est versùs Weronam, seu Beraunam, prope villam Horzelicz, pro villa Podmokl dicta, prope Civitatem Miesbecz situatam, ad Monasterium Strahoviense olim spectante, cum omnibus agris, pratis, paucis, paludibus, aquæ decursibus, & pertinentijs universis, cum consensu Regis Wenceslai, & Zbynkonis Archi-Episcopi.

Annô 1414. Eadem Anna Abbatissa cum consensu Conventûs vendidit villam Monasterij Borzanowicz dictam, cum hominibus ibidem residentibus, ac curia cum duobus aratriis, sylvis, pratis, lupuleto, taberna, & censibus, atque alijs omnibus ad curiam pertinentibus pleno dominio, Famosis Nicolao de Czeccelicz, & Elzce uxori ejus ad vitæ ipsorum tempora, amborum duntaxat, & non ultrà, pro ducentis, & quadraginta sexagenis grossorum, ut illis mortuis, omnia iterum ad Monasterium revertantur.

Mortuâ Anna, in Abbatissam, & Principissam electa est seu Barbara de Borzka, seu Barbara Czenkonis de Wartemberg supremi Burgravij Warforor, quæ ad Curiam Antiquæ Urbis Pragensis vocata, ut Articulis Pragensium subsciberet, cùm nollet, in exilium missa est cum suis tringita sacratis Vestalibus. De qua S. principissa, & cedenti XXIX. fol. 82.

Verum

Verum hæc cum suis Deo sacratis Virginibus iterum post Princis disturbia Hussitica in Boëmiam ad Cænobium Sancti Georgij pissa S. redivit, uti testatur P. Georgius Crugierius, S. J. in suis sacris pul- gij. veribus, 4. Maij, ita scribens.

Annô Domini 1437. die S. Floriani Martyris post Hussitica disturbance, pacatis utcumque rebus, ac recepto in Regem Bohemia Si- gismundo, legitimi reducti sunt Ecclesiarum Pragensium Pastores. Eadem tempestate Canonici suam Metropolitanam receperunt: in suis Partenones Vestales Virgines, maximè Georgiane inductæ sunt. Hæc citat. P. Crugierius.

Hæc Principissa coronavit in Reginam Boëmiae Annam Conjugem Sigismundi Imperatoris, & Boëmiae Regis.

Mortuâ Borzka, seu Barbara Wartembergica, in Abbatissam, & Principissam S. Georgij est electa Elska, seu Elisabetha. Hæc anno 1456. elocavit vineam penes Litomerzicum, Geptissza Abbadictam, Wanyek de Marosow, Pechæ nominato, qui habitabat tissa, & Litomerzicij, ut suis sumptibus illam excolat, & quartam par- pissa. tem vini det Monasterio. Et hæc elocatio facta est solùm ad dies vitæ prænominati Wanyek. Eadem in vigilia S. Andrea Apostoli, ea omnia Jura, Libertates, & Privilegia Weleniczenibus ab Agnete de Wrzyeffczow Abbatissa, anno 1347. de novo con- firmata, iterum illis innovavit, & confirmavit, anno 1458. certis tamen conditionibus, & solutionibus Monasterio annuè præstandis. Scilicet, ut ex quolibet laneo, (erant ibi lanei viginti,) singulis annis octuaginta quatuor grossos denario- rum Pragensium solvere, & dare Monasterio prædicto tene- antur, medietatem ad festum S. Georgij, & alteram medietatem ad festum S. Galli, nomine censùs. Insuper de quolibet laneo ad Nativitatem Domini, quatuor pullos. Item de quolibet laneo tria prandia teneantur annuè dare Procuratori Monasterij, vel quicunque ex nomine ipsius Monasterij ad judicium venerit. Obiit anno 1461. ut testatur ejus lapis Sepulchralis in Sacello S. Annæ.

Mortuâ Elska, seu Elisabetha, in Abbatissam, & Principissam S. Georgii electa est Anna, strenui viri Domini Wenceslai tissa, & Monasterij S. Georgij Capitanei filia, quæ unâ cum Domino suo Princi- Parente, pissa

Sandi
Geor-
gi. Parente, Priorissa, cæterisque Sanctimonialibus, anno Domini 1464. prima die Augusti admissa est ad Confraternitatem, & Confœderationem *Sacri Ordinis Seraphici*, à Patre Bonaventura de Bavaria ejusdem Ordinis Seraphici in Provincijs Austriae, Poloniae, Styriae, Moraviae, Silesiae, &c. Fratrum de Observantia Vicario Generali, ut sint participes Misericordiarum, orationum, suffragiorum, Officiorum Divinorum, jejuniorum, abstinentiarum, disciplinarum, peregrinationum, inspirationum, prædicationum, lectiōnum, meditationum, contemplationum, observantiarum, & aliorum omnium spiritualium bonorum, quæ per Fratres, & Religiosos Sancti Francisci de Observantia in Provincijs prædictis degentes operantur. Si verò Abbatissa, Priorissa, vel aliqua Sanctimonialis *S. Georgij* è vivis deceperit, & mors illius Capitulo Franciscanorum nuntiata fuerit, ut pro anima illius defunctæ fiat officium prout fit pro anima alicujus fratribus Franciscani per totum ordinem. Datum ad *S. Ambrosium Neo - Pragam*, anno Domini 1464. i. Augusti.

Anno 1476. eadem *Anna* Abbatissa elocavit vineam ante portam *Bruska* dictam, Domino *Martino de Dobronina* Scribæ Tabularum Regni, sub certo annuo censu ad dies vitæ illius.

Cune-
gundis
Abba-
tissa. Mortuâ *Anna*, in Abbatissam, & Principissam *S. Georgij* electa est *Cunegundis*. Hæc anno 1485. à *Wladislao IV.* Regem Boemiam Majestates obtinuit, quod potuerit omnia bona Monasterij *S. Georgij* oppignorata, distracta, & vendita, præferit *Trzebenicum*, &c. redimere, & exsolvere, sinè ullius contradictione.

Confirmavit hoc Ferdinandus I. anno 1537. sub Principissa *Barbara de Sselnberg*, & *Kost*.

Barbara
de Sfe-
lenberg,
& Kost
Abba-
tissa. Mortuâ *Cunegunde*, in Abbatissam, & Principissam *S. Georgij* electa est *Barbara de Sselnberg*, celeberrimâ sed nunc jam penitus extintâ, Aprugneorum certorum Procerum linea oriunda Baronissa. Hæc Principissa coronavit Annam Boemiam Reginam. Sub hac Principissa recepit Maria Reginam Boemiam anno 1523. 20. Februarij, Abbatissam, & totum Conventum *S. Georgij* in suam protectionem. Hæc revocato ad vigorem suum

suum *Caroli IV.* indulto, quod à *Ziskianis* disturbis exoleverat, denuò, cum *Stanislao Turzone Olomucensi Episcopo*, (vacante Sede Archi-Episcopali Pragensi,) *Anna* Reginæ Bohemiæ imposuit coronam, anno Domini 1527. postridie post festum S. Matthiæ Apostoli. *Anna* erat Ferdinandi I. conjunx, quæ Ferdinando I. coronam Bohemiæ jure naturæ, permodum dotis attulerat.

Coronatus est eodem anno 1527. 6. Calend. Martij, id est 24. Februarij, Sacrâ *D. Matthia* die *Ferdinandus I.* in Regem Bohemiæ in Metropolitana ad D. Vitum Ecclesia, à *Stanislao Turzone Olomucensi Episcopo* juxta ejusdem Cœfaris privilegium. Unâ Regi Coronam imposuit *Petrus Rosenbergicus*, quia tum erat suæ Domus Major, seu Gubernator: unâ *Zdenko Leo, Baro de Blatna*, & *Rozmihal* eandem tenuit: quia supremus Regni Bohemiæ Burggravius audijt. Illi recens *Wladislai Regis* privilegium favit prærogativam: ad hunc ab antiquo, id est, ab ævo Carolino, usus, consuetudine cœmoniarum, nullo contradicente, advertit.

Item A. 1537. sub hac Ferdinandus I. confirmavit omnia Privilegia, immunitates, gratias in Privilegio Regis *Wladislai* contentas, statuens, ut Abbatissa in suo conventu penes gratias, & possessiones ab universis conservetur nunc, & in perpetuum.

Item A. 1538. post emanatum decretum statuit Rex Ferdinandus I. ut loco partis campi pro horto Regio assumpti Monasterio *S. Georgij* quovis anno in perpetuum unum Vas vini detur, loco cuius defacto præfatum Monasterium ad festa Natalitia, 14. sexagenas Mishenes accipit.

Anno 1542. Sabbathi post festum S. Stanislai, eadem Principissa *Barbara de Sselnberg*, & *Kost*, pro 100. sexagenis grossor. Pragensi oppignoravit Domino *Joanni Zapsky de Zaap*, & *Dobrzegowicz*, duos pagos Monasterij *Cziniticze*, & *Radicowicz* cum consensu Regis pro necessitate Regia.

Mortuâ *Barbara de Sselnberg*, & *Kost*, in Abbatissam, & Lud- Principissam *S. Georgij* successit *Ludmilla de Blyzowa*, quæ erat milla Ordinis Equestris. Hæc post incendium, & rebellionem A. 1553. zowa curavit

Princi- curavit fenestrās Ecclesiæ, duas Campanas, aliquot cellas pro
pissa S. habitione Virginum, casulas, & dalmaticas, reparavit villas,
Geor- calicem exsolvit, sicuti & villam *Statenicze* pro 500. sexagenis, &c. Hæc annō 1557. die Sabbathi post Festum *S. Georgij*, privilegium dedit *Bartoni*, seu *Bartholomeo*, ut secundūm privilegia suorum Antecessorum in Archivo Monasterij ingrofata, villam post mortem sui parentis *Joannis Mutina* in *Przefawlk* possideat cum horto, campis, popina, & liberè cerevisiam epocilandam ubi vult, accipiat, salem emat, & pro libitu suo vendat, sicuti & frumentum. Quod & *Ferdinandus I.* confirmavit prænominatō Annō.

Annō 1558. Eadem Principissa *Ludmilla de Blyzowa*, exsolvit prænominatos duos pagos *Cznieticze*, & *Radiegowicze* quos Principissa prænominata *Barbara de Sselnberg*, & *Kofi* oppignoravit Domino *Joanni Zapsky de Zaap*.

Annō 1560. Eadem Principissa *Ludmilla de Blyzowa* assignavit in *Trzebenicz* certa loca civibus pro excolendis agris sub certo censu Monasterio *S. Georgij* pendendo.

Mortuā *Ludmilla de Blyzowa* successit anno 1562. *Apollonia de Chwatlina*, Ordinis Equestris, sed brevi obiit.

Doro- Mortuā *Apollonia de Chwatlina*, in Abbatissam, & Princi-
thea piassam *S. Georgij* successit *Dorothea Przedborka de Radešin*, quæ
Przed- cum consensu Conventūs licentiavit, ut in fundo vacuo Mo-
borkā nasterij ædificet sibi domum *Dominus Hanušius Sskorlar* Can-
de Ra- cellista Camerae Regiæ, annō 1564. Annuē Monasterio de-
della. bebat ille, & hæredes illius dare decem grossos Pragenses.
Quinque ad festum *S. Georgij*, & quinque ad festum *S. Galli*. Confirmavit *Maximillianus II.* Imperator præcitatō annō 1564.

Doro- Mortuā *Dorothea Przedborka de Radešin*, in Abbatissam, &
thea de Principissam *S. Georgij* successit *Dorothea de Krumlovia*, Hæc
Krum- Annō 1572. cum consensu Conventūs vendidit popinam cum
lovia. agris, quæ devoluta est Monasterio post mortem *Brozij* cau-
ponis in pago *Kameyk* cum robotis, & censibus, qui antiqui-
tus affixi erant huic popinæ, scilicet: *Marco Naprawnik*, *Mar-*
tha *eius uxori*, & hæredibus, pro 300. sexagenis.

Mortuā

Mortuā *Dorothea de Krumlovia*, succedit in Abbatissam, & Juditha *Eibens-*
stoleriana de Eibensstol. Hæc *Principissam S. Georgij Juditha Eibensstoleriana de Eibensstol.* Juditha *Eibens-*
stoleriana de Eibensstol. Principissa annō 1581. die Mercurij post divisionem SS. Apo-
stolorum, à *Rudolpho II.* Imperatore, & Rege Bohemiæ obtinuit, ut posset redimere, & exsolvere bona Monasterij oppignorata, vendita, distracta, & alienata. Idem Imperator confirmavit omnia Privilegia à *Ferdinando I.* & *Wladislao* concessa.

Annō 1588. eadem Principissa erexit molendinum in pa-
go ad Monasterium spectante *Statenicze* dicto, & contractum
fecit cum Venerabili Patre Priore Monasterij *S. Thomæ Micro-*
Pragæ, Patre *Martino Svitansky de Bochowa* circa quasdam fos-
fas, per quas aqua deduci debebat ad prædictum molendinum
in fundo Monasterij *S. Thomæ*, & æquivalens dedit subdito Mo-
nasterij *S. Thomæ Georgio Weezas*, pro illo loco prati, per quod
fossa pro decurrentia ad molendinum aqua fieri debebat. Con-
tractus hic factus est, annō 1588. die Lunæ post Christi
Ascensionem.

Sub hac Principissa annō 1589. *Rudolphus II.* Imperator
decrevit, ut Abbatissæ Monasterij *S. Georgij* Jus Patronatus
super Monasterium Sancti Spiritus in Antiqua Urbe cum omni-
bus appertinentijs habeant, ut Ecclesia *S. Spiritus* sit Ecclesia
Parochialis Catholicorum Civium, utque Abbatissæ Georgianæ illi Parochum, & Sacellum ab Archi-Episcopo Pragensi
approbatum præficiant, & sustentent.

Annō 1591. eadem Principissa dedit Titulum mensæ *Gregorio Columbo Gonna Wiceno Styro*, cuius propositum advertit, qui
ei fidem fecit, & sancte appromisit, se in Sacro Ordine, & mi-
nisterio constantem, & Catholicum fore Præsbyterum, nec
quidquam quod Catholicæ Romanæ Ecclesiæ, seu legitimis
œcumenicis Concilijs adverfaretur, præsumere, instituere, &
facere, gereréque velit.

Ideoque Nos (scribit in suis literis Abbatissa Juditha) etiam
Ecclesiæ Orthodoxæ necessitatem ponderantes, suis humillimis precibus
favorabiliter annuendo prænominato Gregorio Titulum mensæ, seu
provisionis ad Diva *Ludmilla* altare, seu Capellanatus in Monasterij
Ó Nostri

Nostrī Ecclesia, barum vigore literarum, cum Conventū Nostrī consensu gratiōsē contulimus, anno 1591. 9. Martij.

Annō 1594. eadem dedit pascua in sylvis communitati Weleminoviensi, ut ex illis solvant Monasterio annuē viginti sex sexagenas, & octodecim grossos in perpetuum.

Sub hujus Regimine erēcta est in Ecclesia Sancti Spiritus Congregatio pro Animabus Purgatorijs, quæ etiam in prædicta Ecclesia speciale Altare erexit, & Confratribus, & Sororibus hujus Confraternitatis locum sepulturæ concessit.

*Ex M.
S. Mo-
nasterij
S. Georgij.
Frauen-
thalensi
Ordinis
Cisterciens
Pragam.*

Annō Domini 1574. vergente ad interitum tam in Spiritualibus, quam temporalibus Monasterio Sanctimonialium Rudolphi II. Regis Boemiarum, hæc considerans, cum nonnullis Aulicis Regijs, id ipsum Regiae Majestati insinuavit, rogans ut huic Sacrae Domui subveniretur, ne planè intereat, dans informationem se habere Sororem Sancti-Monialem nomine Juditham in Monasterio Frauenthalensi Ordinis Cisterciensis degentem, & in Officio Abbatissæ per plures annos constitutam, humillimè supplicans, ut eam inde Regiō mandatō suō levet, & Monasterio S. Georgij pro Abbatissa præponat, quod & factum fuit. Nam pro ea expertita Præ-Nobilis, ac Religiosa Virgo Dorothea Naimanka à Neimantycz Soror præfati Monasterij S. Georgii sub Regula S. Patris Benedicti, cum nonnullis honestissimis personis utriusque sexus fuerat, quibus se adjunxit Perillustris Dominus Iosephus, habens secum Rescriptum Regium, ut extraderetur. Secundum quod levata, intrà breve tempus appulit. Desuper statim à Celsissimo Archi-Episcopo Pragensi Antonio in Abbatissam Monasterij S. Georgij confirmata fuit. Cum autem dicta Virgo Juditha fuisset Ordinis S. Bernardi, sic cum scitu, & licentia Celsissimi Archi-Episcopi ordinem suum mutans, habitum, & Regulam Sancti Patris Benedicti assumpsit: dein intrà aliquod tempus ab Eodem Archi-Episcopo Coronā Monasterij in Principissam coronata, & pedo roborata fuit.

Sub illius adventum, in Monasterio S. Georgij non fuere nisi tres Sacrae, & quidem in Albo Velo Virgines, quas dein Celsissima Princeps Juditha, nigrō Velo donavit. Optimè, &

lauda-

laudabilissimè Monasterium rexit, & à potiori erexit, nam pro tunc non nisi unicum cubiculum pro se, & Virginibus inventit, quod ægrè ferens, in persona ad Imperatorem ivit, & pro restituzione Dormitorij, & Ambituum, in quibus diversi Mechanici laborabant, supplicavit.

Cui Sacra Cæsarea Majestas benignè annuit. Ad cujus mandatum statim Ambitus, & Dormitorium evacuatum fuit. Dein pro possibili suo omnia melioravit, tam in Spiritualibus, quam temporalibus observatrix ferventissima.

Pro se, & Virginibus Cubicula, pro Sacellano domestico, & familia habitationem, unà cum Culina ædificavit, & sic Monasterium restauravit, quod postea sensim plures Virgines ad Deo serviendum, & se illi devovendum advenerint. Binis vicibus perexit ad Imperatorem in persona Viennam, comitibus se semper duabus Virginibus, & petita sua feliciter obtinuit. Reversa, debita exsolvit, villas, & alia à Monasterio alienata magno labore, & difficultate recuperavit, & multa pro bono Monasterij sustinuit, erga subditos, & pauperes benigna, & larga fuit, optimèque vitam suam finivit, anno 1600. Mori-
1. Aprilis. Regiminis sui anno 26. Postquam ad Sacrum tur Ju-
Ordinem suscepisset, & vestivisset Virgines 13. & Velo nigrō ditha
Princi-
pissa.

Mortuâ Judithâ Eybenstolerianâ de Eybenstol, in Abbatis- Sophia
sam, & Principissam S. Georgij successit Sophia Albinka de Helf- Albinka
fenburg. anno 1600. Huic optimæ Principissæ anno 1606. fenburg.
rebelârunt Cives Trzebenicenses, prout ipsæ illorum Reversales
testantur Bohemico idiomate datæ, quæ in hunc ferè sensum
sonant Latinè.

Nos Primas, Viri Consulares, Seniores Communitatis, Literæ Judex, & Syndicus, (nomina illorum hic consultò omitto,) Rever- & tota Communitas Oppidi Trzebenicensis, nullò excepto, Trze- subdit Celsissimæ Principissæ Dominæ Sophiæ Albinae de Helf- ben- burg, Abbatissæ, & Conventū Monasterij S. Georgij in Ca- censum.
stro Pragensi.

Notum facimus hisce literis, & Reversalibus Nostris pa- lam coram omnibus, præsertim illis quorum interest, quod

Annō præteritō, scilicet 1606. Augustissimo Imperatori contra prænominatam Principissam, & Abbatissam, & Conventum Monasterij *S. Georgij* Dominas nostras, futām, & in multis Articulis supplicam porrexerimus, & informaverimus, quod Celsissima Principissa, & Abbatissa, Domina nostra cum suo Conventu nos contra Privilegia nostra in multis aggravet, affligat, solutiones nunquam antehac præstitas excogitet, multas imponat, &c. Imò cùm secundūm nostra Privilegia, & libertates, secundūm aliarum Civitatum in Regno Boëmiæ nos regere & gerere consuetudines debeamus, quod illa cum Conventu suo, Officiali Monasterij, nos contra ipsa vehementer affligat, ad ingentes expensas, volens eas manutenere, & defendere, nos inducat. Ea autem (coram Cæsareis Commissarijs quaternis vicibus comparentes,) quæ contra Principissam Dominam Nostram, & Conventum porrexiimus, probare non potuimus, imò Celsissima Principissa coram Dominis Commissarijs vehementer contra nos conquesta fuit, quod falsè ipsam in multis apud Suam Sacram Cæsaream Majestatem in vilipendium, & odium ipsius personæ accusaverimus, quæ probare contra ipsam non potuimus, imò ad multiplicitia mandata ipsius, in Monasterio nos sistere noluerimus, & recusaverimus, alijs citatis comparere inhibuerimus, contra ipsius mandatum, & voluntatem aliorum Dominorum subditos, & extraneos inter nos pro civibus receperimus, in agris rusticaniis contra ipsius mandatum frumentum feminaverimus, frumentum, contra recessum, & mandatum Sacræ Cæsareæ Majestatis nobis vendicaverimus, & si quis nobis id inhibuit, jaculationibus ipsi minati fuerimus, cum bombardis, & hastis excurrerimus, frumentum custodiverimus, & armatâ manu defendiverimus, vineas Monasterij pro solutione excolere noluerimus, contributiones secundūm velle nostrum Civibus imposuerimus, ad Monasterium eas extradere recusaverimus, Quæstoribus finē literis confessionis quantum quis possideat? ipsis extradiderimus, ex vinis epocilatis secundūm velle nostrum confessi fuerimus, juramentum desuper facere noluerimus, Parocho nostro, nec Registeria Decimarum, nec decimas

mas dare voluerimus, verberibus ipsum tractare minati fuerimus, portam Ecclesiae occluserimus, ipsum ab ingressu ipsius excluserimus, Principissam, & Conventum non pro nostris Superioribus, sed tantum pro nostris administratoribus respxerimus, pupillos, & viduas secundūm nostrum velle ad matrimonia contrahenda coegerimus, ubi voluimus, debita contraxerimus, & in multis rebus alijs diversis, magnam inobedientiam contra Principissam exhibuerimus. Quæ omnia Celsissima Principissa contra nos probare intendit, prout ipsius literæ, & supplicatio contra nos porrecta attestatur.

Unde nos agnoscentes nostram culpam, quam in Celsissimam Dominam nostram, à Deo ordinatam commisimus, quod graviter ipsam læserimus, & in offensam, & justam ipsius iram inciderimus, non valentes probare quæ falsè contra ipsam porrexiimus, nec volentes ulterius cum Celsissima litigare, & majora mala super nos inducere, suppliciter Celsissimam Principissam rogavimus, & Dominorum Commissariorum Regionum auxilium imploravimus, ut pro nobis apud Celsissimam intercedere dignarentur, nè Celsissima contra nos juridicè ulterius agat, sed gratiosè nostras contrà se, ex ignorantia, & ex instinctu aliquorum malignorum hominum commissas culpas ignoscat, & poenas quas pro his excessibus promeriti sumus, ex Christiana, & Spirituali Charitate parcat.

Quæ etiam Celsissima Principissa ad interpositionem, & intercessionem Regionum Dominorum Commissariorum nobis culpas, & poenas gratiosè ignovit, hâc tamen conditione, ut nos imposterūm, & futuris temporibus erga Celsissimam Principissam, & Conventum, veluti obedientes subditos geramus, ipsam pro Domina nostra agnoscamus, omnem reverentiam, & subjectionem præstemus, mandatis ipsius pareamus, & à similibus excessibus, & rebellionibus imposterūm desistamus. Quod pro nobis, & Successoribus nostris fieri hisce reversalibus attestamur, & promittimus.

Si quid verò contra egerimus, subjicimus nos, & Successores nostros in omnem poenam subeundam paratos. Et has reversales propriâ nostrâ conscientiâ, scitu, & voluntate extra- didimus

didimus Celsissimæ Principissæ, & Venerabili Conventui, & subscripsimus, sigillumque nostri Oppidi Trzebenicensis appres- simus, & pro majori fide, & robore sigillis Vetero - Neo - & Micro - Pragensium Urbium communiri fecimus, & extradidimus Pragæ, anno 1608. 13. Decembris.

Sophia Albin-ka de-scribi-tur. Hujus Sophia Albinæ ab Helfenburg, Pater fuit Thomas Albinius de Helfenburg, qui deinde mortuâ suâ conjuge Sacros Ordines suscepit, & post mortem Joannis Grodeczky Episcopi Olomucensis, in Episcopum Olumucensem electus fuit, anno 1574.

Obiit multis adversitatibus afflictus, anno 1575. ut patet ex subscriptione sub effigie illius in Residentia Episcopali Olomucensi existente, quæ sic sonat: *Thomas Albinus nihil fuit in Regiminis diuturnitate Antecessore suò fortunatior, quando breviore etiam quam ipse spatio temporis, uno nimirum circiter Annò duntaxat Episcopatus prafuit, profuturus plurimum concredito sibi gregi, sedulus, indefessusque Pastor, nisi immodicis, quibus preter modum discruciatatur curis, citè consumptus fuisset, & vivendi finem fecisset, Annò Christi 1575. in Cathedrali est humatus.*

Epitaphium supra ejus sepulchrum est tale: *Annò 1575. decima die Martij obiit Reverendissimus in Christo Pater, Dominus Dominus Thomas Albinus Episcopus Olomucensis hic sepultus. Cujus anima Deo vivat, &c.*

Sophia ergo à suo Domino Parente Thoma Albino, & postea facto Olomucensi Episcopo, post mortem matris suæ, data fuit ad Monasterium Tisnovicense Ordinis Cisterciensis in Moravia, habens annos ætatis 7. vel 9. in quo permanuit usque ad annum ætatis 21.

Deinde à suo Domino Fratre Wenceslao Albino de Helfenburg, Ecclesiæ Metropolitanæ Pragensis Canonico, & Archidiacono, Vetero - Boleslavienfi Præposito, qui deinde anno 1604. electus est in Decanum Wissehradensem, & obiit 1606. sepultus Wissehradi, inde levata, ad Monasterium S. Georgij, habens annos 22. posita fuit. Vestita anno 1586. in Epiphania Domini, fecit Professionem 1587. fuit velata à Celsissimo Principe Martino Archi - Episcopo Pragensi 1588. In Priorissam constituta 1592. à toto Venerabili Conventu in Abbatissam electa

electa anno 1600. die 15. Auguſti, à Celsissimo Principe Archi - Episcopo Pragensi, dicto Zbynko Berka in dignitate sua confirmata, & sequenti anno 1601. in festo SS. Trinitatis in praesentia magnæ Nobilitatis, Principali coronâ, & pedo fuit data.

Sub regimine illius *Cives Trebnenses* (ut visum est supra) se Regimini Monasterij subdere detrectabant, cum quibus magnas actiones, & labores subiit, & sub Regimen adduxit. Villem Borzanovicz, unà cum villa Sedlicze, ante multos annos, ob necessitates Monasterij à piæ memorie Celsissima Principe, & Abbatissa Monasterij S. Georgij Ludmilla de Blyzowa, pro trecentis sexagenis oppignoratas, iterum tantâ summa exsolvit, & Monasterio appropriavit.

Multa alia pro commoditate Monasterij coemit, ambitum lapide sterni, Chorum ampliari, Ecclesiam dealbari curavit.

Annò 1614. die 17. Martij Augustissimus Imperator Matthias ad requisitionem Principissæ ad S. Georgium Sophia Albinæ de Helfenburg, omnia Privilegia Monasterij hujus integra, & authentica reperta confirmavit, & roboravit, & insuper novò rescripto sancivit, nè ullus ex succendentibus Regibus, vel etiam Abbatissis vel minimam partem bonorum Monasterij divedere, oppignorare, vel alienare audeat, & si secùs fieret, id nullius roboris esse beat, &c. ut in Originali latius patet, cuius datum est, ut supra Linczij.

Hæc Principissa Sophia Albinæ duas Reginas Boëmiæ coronavit. Primam Annam Augustissimi Imperatoris Mathiæ Principissæ Conjugem. Alteram Eleonoram Augustissimi Ferdinandi II. uxorem, Vincentij Ducas Mantuæ filiam, anno 1627. 21. vit du Novembri. Et ad Inthronizationem Archi - Episcopi Pragensis per humanissimas literas invitata fuit quæ ita sonant. Sophia Principissa. Boëmia. Reginas.



Denen Hoch und Wohl - Ehrwürdigen in
Gott - Andächtigen und uns in Christo geliebten
Jungfrauen Sophia Albinen von Helfenburg / Ab-
tissin und dem ganzen Convent S. Georgij ob dem
Königlichen Pragerischen Schloß zu Händen.

Carolus von Gottes Gnaden Erz - Bischoff
zu Prag Fürst / des Heil. Apostolischen Stuhls
Legat / Thro Kaiserlichen Majestät Rath.

W^{ir}sern Geistlichen Gruß bevor. rc. Nebst Wünschung
von Gott dem Allmächtigen/ langwieriger Gesundheit/
ich alles Gutes und Ersprechliches Euch Hoch - und Wohl-
Ehrwürdigen/ Andächtigen/ und uns in Christo Wielgeliebten.
Nachdem wir auf Göttlichen Willen von Thro Kaiserlichen
Majestät/ als unseren allergnädigsten Herren/ zu dieser Wür-
digkeit und Erz-Bischoffen zu Prag seynd erwählt/ wie auch
von Thro Päpstlichen Heiligkeit/ die Confirmation, und das
Pallium überschicket worden; Als haben Wir beschlossen uns-
ere Consecration und Coronation (wills Gott den 7. Tag
Octobris, welcher wird seyn der erste Sonntag nach der Ge-
dächtniß Sancti Francisci,) allhier zu Prag/ zu vollziehen;
Verenthalben Euch freundlich ersuchen/ Ihr wollet Uns/ und
dieser Würdigkeit zu Ehren/ an gemeldten Tag unsere Coro-
nation ziehren helfsen. Wir werden nicht unterlassen Euch die-
ses mildester Freundschaft zu vergelten erwarten Euer Ant-
wort. rc. Hiemit wolle die Göttliche Gnade mit euch allen
verbleiben. Datum zu Prag in unserem Erz - Bischoflichen
Haus den 25. Septembris. Anno 1607.

Carolus.

Multa

Multa adversa in Regimine suo perpesta fuit; nam duran-
te anno 1619. omnia bona Monasterij à Rebellibus alienata,
postea iterum à Sua Cæsarea Majestate, obtentâ felici victoriâ
in *Albo Monte*, & Pragâ ab hostibus liberatâ, recuperavit, restau-
ravit, & melioravit. Laboribus plurimis fatigata, feliciter vi-
tam suam clausit anno 1630. 16. Decembris, ætatis sue anno
67. Regiminis 29. Religionis 43. postquam vestivisset 14.
Virgines, & Sacro Velo ornâssest 8.

Mortuâ *Sophia Albinkâ de Helfenburg*, anno Domini 1631. Regina Dadju-sowa Principissa
13. Januarij in Abbatissam Monasterij *S. Georgij* electa, & ab
Eminentissimo Cardinale, & Archi - Episcopo Pragensi *ab Har-Principissa*
rach confirmata fuit Venerabilis Virgo *Regina Dadju-sowa de Ky- renberg*, deinde anno 1635. die 24. Aprilis ab eodem, præ-
sentibus plurimis magnæ dignitatis personis coronata, pedum
suscepit. Duos pagos, nimirum *Zelezicze*, & *Nebuzel* cum
omnibus appertinentijs à Principissa Saxonie, quæ plurimis
annis oppignorata habuit, cum magna difficultate exsolvit.

Multas difficultates, & timores à militari populo perpe-
sa fuit. Demum laboribus exhausta, & curis plurimis pro bo-
no Monasterij fatigata, adhortans suas filias Spirituales ad Cha-
ritatem, & unanimitatem, rogansque ut suorum monitorum
recordarentur, & amore se prosequerentur, obdormivit in
Domino, anno 1636. die 29. Junij, postquam præfuissest an-
nis 5. & sex mensibus; in sacro ordine extitisset annis 36. &
vestiissest Virgines 4. ad Professionem admisissest 4. & sacro
Velo decorâssest 2.

Anno Domini 1636. die 26. Julij, electa, & confirmata Anna
in Abbatissam fuerat Venerabilis Virgo *Anna Ursula Rathauzka* Ursula Rathau- zka Principissa
& Priorissam Annis duobus antehac laudabiliter egisset. Quæ
anno eodem, die Mensis Novembris 10. ab Illustrissimo, ac
Reverendissimo Domino Suffraganeo Pragensi *Simone Broso de Hornstein*, in præsentia multarum Nobilium utriusque sexus
personarum coronata fuit, & pedum Abbatiale gestandum ac-
cepit.

P

Hæc

Hæc renovationem Statutorum, & reformationem Ordinis obtinuit, & conservandam introduxit. Curis, & sollicitudinibus ferè infinitis à Deo visitata, tandem beatè fatis cessit anno 1641. Ætatis suæ anno 43. Regiminis anno quartō, & medio. Religionis 25. mensē uno. Obdormivit mensē Decembri die 16. Vestivit Virgines 13. ad emittendam Professio-
nem admisit 14. velavit 7.

Justina Anna Ettlin de Rosensels. Annō Domini 1642. die 21. Januarij, in Officium Abbatiæ Monasterij S. Georgij electa fuit Venerabilis Virgo *Justina Anna Ettlin à Rosensels*, & à Reverendissimo Domino Officiali Ecclesiæ Metropolitanæ Pragensis *Andrea Kokr*, in concursu magnæ Nobilitatis confirmata. Quam deinde anno currente, die 10. Julij, Eminentissimus Dominus *Cardinalis ab Harrach*, Archi-Episcopus Pragensis Coronâ Principali coronavit, & pedum tradidit.

Fuit hæc Princeps à Deo singulari prudentiâ, eloquentiâ, & affabilitate ditata, & tam sublimioribus, quam inferioris Statu hominibus valde chara. Regimen eo tempore suscepit, quo omnia Bona Monasterij destructa, & expilata fuere, ita ut non habuerit unde Venerabiles Virgines sustentaret, & aleret, cum non nisi duos grossos Boëmicos pecuniae reperiret: Dein tamen auxiliante Deo, à diversis magnæ Dignitatis, & pietatis hominibus adjuta, una cum cæteris Virginibus subsistere potuit, & Bona Monasterij aliqualiter restauravit.

Annō Regiminis illius Sexto, hoc est anno 1648. dum ab incursu Svecico Pragam irruente Monasterium nefariè expilari tentaretur, illa audacter in Deum confidens, illi obviā processit, suâ prudenti eloquentiâ soppivit, & quidem ita, ut postea in maximis periculis ab eodem Monasterium defensatum fuerit, neque aliquod nocumentum passum sit.

Hæc pro Coronatione Reginæ Boëmiae *Eleanoræ* invitata fuit sequentibus literis.



Der Hochwürdigen Fürstin und Jungfrauen Justina Anna Etlingerin von Rosensels / Abtissin des Fürstlichen Closters Sancti Georgij ob dem Königlichen Prager Schloß.

Ihro Majestät Römischer Kayser wie auch zu Hungarn und Böhmen König / unser allergnädigster Herz / der Hochwürdigen Fürstin und Jungfrauen Anna Etlingerin von Rosensels / Fürstin / Abtissin des Closters bey S. Georgij ob dem Königlichen Prager Schloß zu wissen / wie es auch Ihro Fürstlichen Gnaden schon zuvor durch die Publicirte Patenten wird bewußt seyn / daß den Eylften dieses Monathes die Coronation Ihro Majestät der Kayserin wie auch zu Ungarn Königin soll vorgenommen werden.

Also ist an dem / daß Ihro Fürstliche Gnaden / dem uralten Gebrauch und ertheilten Privilegiern nach / sich auch bey solcher Coronation finden lassen / und was Ihr dem uralten Gebrauch nach gebühret / von ihrer Person darbey verrichte.

Derohalben werden Ihro Fürstliche Gnaden sich den obenenneten Tag in die Kirchen St. Veits / mit Ihren zweien Closter-Jungfrauen / aufs zeitlichste verfügen / und alldorten ihr gehührliches Amt zu verrichten wissen.

Wessentwegen Ihro Kayserliche Majestät werden der Fürstlichen Abtissin mit Kayserlichen und Königlichen Gnaden jederzeit gewogen bleiben.

Decretum per Imperatoriam Regiamque Majestatem in Consilio Bohemico Pragæ die 7. Mensis Septembris, Annō Domini 1656.

Johann Hartwig Graff von Nostitz.

Daniel Pachta.

Anno 1656. 11. Septembris, in Reginam Bohemiæ coronavit *Eleonoram Augustissimi Imperatoris Ferdinandi III.* Conjugem, quæ in recognitionem, & memoriam, pulchram auro textam togam Monasterio, unà cum domo vicina, in qua Supremus Regni Scriba habitare assolebat, donavit; ad quam etiam à duobus Affectoribus ad Tabulas Regni introducta fuit. Obtinuit etiam post Monasterium plateam, aurifaborum dictam, à degentibus in illa diversis hominibus domos coëmit, & ædificium Monasterij ampliare coepit, & in subsidium à sua Cæsarea Majestate, 2000. flor. accepit.

Villam *Borzanovicz* restauravit, braxatorium in *Statenicz* ædificavit, & vineam post portam *Strahovensem*, quam longo tempore Comites de *Martinicz* tenebant, iterum exsolvit. Sacellum *S. Nicolai*. sub majori Altari ante obrutum expurgari fecit, cryptam pro sepeliendis Virginibus, quæ antehac hinc indè in Ecclesia inter alios homines sepeliebantur: in Choro in majori Altari tabernaculum pro *Dolorosa Beatisima Matre fieri* curavit. Altare Sanctorum *Trium Regum* sub Regimine illius ab Illustrissima Comitissa *Anna Slavatiana*, nata *Michniana*, prout defacto cernitur, exstructum fuit.

Sub Regimine ejusdem anno 1657. alteram Professionem fecit, elapsis à Professione 50. annis, Venerabilis Virgo *Rosina Preklowna à Prokstorff*, quæ ultra 23. annos Priorissa fuit. Dein laboribus, & curis festa, in morbum incidens, quarto die ante obitum suum, Venerabilem Virginem *Catharinam Schmidianam* Priorissam constituit, quæ illi postea successit. Tertio die ante mortem curavit se in Ecclesiam deportari, & ibi quatuor Virgines vestivit, & quatuor velavit.

Post hoc dies vitæ suæ clausit, anno 1659. die 12. Februario, ætatis suæ anno 50. Regiminis, 17. Religionis, 29. Corpus ejus tribus diebus ante Majus Altare quievit. Primum, Requiem pro illa Eminentissimus Dominus Cardinalis ab *Harrach*, Alterum, Illustrissimus Dominus *Suffraganeus*. Tertium, Reverendissimus Dominus *Sebastianus Zbraslawsky de Swattowa*, deinde Decanus Metropolitanæ Ecclesiæ, & Eminentissimi Cardinalis ab Harrach, Archi-Episcopi Pragensis

Officialis,

Officialis, & Vicarius Generalis habuit. Vestivit Virgines 17. ad Professionem admisit, 16. velari fecit 10.

Annō Domini 1659. die 17. Martij, in Abbatissam electa Catharina Frebonia Schmidiana à Sternfeld. Electioni interfuit Illustrissimus Dominus *Suffraganeus*, & Reverendissimus Dominus *Sebastianus Zbraslawsky*, Ecclesiæ Metropolitanæ Canonicus. Hæc antehac per aliquot Annos Magistrum Novitiarum, & Priorissam egit, in quo posterius nominato officio tam prudenter, & ferventer jura Monasterij defendebat, ut volentibus, nescio quo jure? sœcularibus Dominis Cameram Defunctæ Principis *Justina*, in qua optima quæque reposita erant, obsigillare, potenter restiterit, libertatem Monasterij propugnaverit, & vicerit, neque illos electioni futuræ, uti contra consuetudinem intendebant, adesse passa sit.

Deinde eodem anno, die 24. Aprilis, ab Eminentissimo Cardinale ab *Harrach* Archi-Episcopo Pragensi, in præsentia Excellentissimorum DD. Regionum Locumtenentum, & aliarum de Statu utriusque Sexus Personarum, pedo, & coronâ ornata fuit. Officium suum zelosè, & laudabiliter egit, filias suas Spirituales ad devotionem, & alia exercitia Spiritualia stimulavit, ad frequentiorem Communionem adduxit, & lectiōnem Spiritualem instituit, quæ hodiedum observari ad nutum solent.

Hæc adhuc Conventionalis existens, magnâ devotione erga *Beatam Miladam* ferebatur, & multas noctes ad sepulchrum ejus in oratione impendebat, cui præfata Beata semel compaurit, & eam Abbatissam fore prædictit.

Alio tempore ei in somno revelavit, & conquesta fuit, quodrupto ejus sepulchrali lapide, pars super eam ceciderit: quod etiam post viginti Annos in veritate repertum fuit, nam ejus tumulo aperto, & corpore levato, pars lapidis super ejus ossa jacens reperta fuit.

Donis singularibus à Deo dotata, & in omnibus valde cauta, inchoatum jam ædificium aliquot cellis auxit, Bona Monasterij melioravit, & in meliore ordinem multa redigit.

Domos

Demos aliquot, sicut & vineam penes Trebnitium, mons Virginus dictam, Monasterio appropriavit. A multis, & frequentibus morbis vexata, nihil Spiritualium exercitiorum, & laborum Monasterij intermisit, ad bonam mortem se longo tempore disposuit, ex mandato sui Confessarij vitam suam conscribere debuit, & inter preces suarum filiarum animam Deo reddidit. Annô 1662. die 13. Junij, anno ætatis, 53. Regiminiis annô tertio, mense tertio, Religionis 35. mense semialtero.

Primas Exequias celebravit Eminentissimus Cardinalis ab Harrach, alteras Illustrissimus Dominus Suffraganeus Josephus, tertias Reverendissimus Dominus Sebastianus Zbraslawsky. Vestivit Virgines tres, ad Professionem admisit quatuor.

Elisabetha Eu-phrosina Kestneriana de Frauenberg. Annô 1662. die 1. Augusti, unanimi Venerabilium Virginum consensu, in dignitatem Abbatissæ assumpta fuit in Monasterio S. Georgij Venerabilis Virgo Elisabetha Euprosina Kestneriana de Frauenberg, & in Officio suo confirmata ab Eminentissimo Cardinale ab Harrach. Electioni interfueré, Reverendissimus Dominus Matthæus Ferdinandus à Bilenberg, Prælatus tunc temporis Sancti Nicolai in Urbe Antiqua Ordinis Sancti Benedicti, deinde anno 1669. factus Archi-Episcopus Pragensis.

Quæ eodem anno 1662. die 10. Septembris, ab eodem Eminentissimo Cardinale in corona Regiorum Locumtenentium, & aliarum Nobilium personarum, Coronam Principalem, & pedum Abbatiale suscepit.

Primô anno sui Noviciatûs, magnum, & periculosum morbum sustinuit, & per novem dies in deliquio jacuit, magis pro mortua, quam viva habita fuit. Cui tunc S. Catharina Virgo, & Martyr comparuit, quia eam devotissimè coluit, & in omni necessitate suum refugium habuit: cui etiam revelavit, quod aliquando circa tempus ubi Commemoratio Fidelium Animarum celebratur, ex hoc mundo migrabit, quod etiam illa in extremo suo agone cæteris Virginibus significavit, & quod ante festum S. Catharinæ morietur, dixit, prout & factum fuit.

Fuit illa antehac in diversis obedientijs, ut Infirmariæ, Magistræ Novitarum, & Priorissæ constituta, ubique bono exemplo præluxit.

Annô

Annô 1663. consurgente immanissimo hoste Turcâ in Christianitatem, eaque in maximo periculo consistente, ordinavit, ut à suis Virginibus Litanie Lauretanæ, & Corona Beataissimæ Virginis quotidie persolveretur, quod usque hodie observatur. Erat valde humilis, & erga infirmas suas filias charitativa, quibus saepe lectorulos sternebat, & alia obsequia præstabat, pauperibus largas Eleemosynas dabat, quam populus alteram Elisabetham dictabat. Magnam partem Monasterij, nempe Refectorium inferius, & superius aliquot cellas, & celaria ædificavit. Ad S. Spiritum in Urbe Antiqua tectum ferè totum super Ecclesiam fieri, & intrinsecè Ecclesiam dealbari, & renovari magnis expensis curavit, pariter pauperes Ecclesiæ in Bonis Monasterij reparari, pulchris imaginibus exornari, ut Insigne, & Nomen ejus exhibit voluit, quibus ipsa multa paramenta proprijs manibus præparavit. Nova Breviaria Ordinis, quibus defacto Virgines utuntur, emit, quæ ad requisitionem illius Illustrissimus Dominus Suffraganeus Joannes Baptista Barffotus in Choro Venerabilibus Virginibus cum benedictione distribuit.

Bona Monasterij etiam auxit; nam annô 1666. emit Vineam, & pomarium cum duabus domunculis penes alteram Vineam post portam Strahoviensem à Domino Wilhelmo Drix à Bruck, pro nongentis Florenis.

Itém anno 1671. Villam Przebog, quæ ante multos Annos vendita, à Domino Henrico Krumpoch Cive Novæ Civitatis Pragensis tenebatur: Itém fundum prope braxatorium in Stanniczu cum aliquot casis à PP. Augustinianis ad S. Thomam in parva Civitate 700. Sexagenis, iterum Monasterio suo appropriavit, quod totum etiam antehac ad Monasterium spectavit.

Vineam in Nova Civitate post parentes ejus Monasterium etiam hæreditavit. Cruces plurimas, & persecutio[n]es sustinuit, de quibus scribere supersedeo; foris, & domi afflita, Romanam ad suam Sanctitatem Clementem Nonum appellavit, Privilegia, & Jura Monasterij confirmari petiit, feliciter obtinuit, & pro æterna memoria Monasterio suo reliquit.

Deinde

Deinde morbis plurimis exhausta, extremâ unctione, quam ipsa petijt, & alijs Sacramentis provisa, diem obitûs sui prædictum, & ex humilitate nè in crypta inter alias Abbatissas, sed ante Altare S. Catharinae sepeliretur, nullæque Conciones supra ipsam haberentur, desideravit, & obtinuit.

Annô 1671. die 1. Novembbris feliciter in Domino obdormivit, ut prædictum illi fuit. Annô ætatis suæ 51. Regiminis 9. mense 3. Religionis 30. Post obitum ejus per triduum Exequiæ solemnes celebrabantur. Vestivit Virgines 14. Velari permisit 11.

Anna Mechtildis Schenweisiana Annô 1671. die 29. Novembbris assumpta in Abbatissam Monasterij S. Georgij fuit Venerabilis Virgo *Anna Mechtildis Schenweisiana ab Eckstein*. Electioni illius interfuit Celsissimus Princeps, & Archi-Episcopus Pragensis, Dominus *Mattheus Ferdinandus à Bilenberg*, cum nonnullis Prælatis Arcensibus, & Reverendissimo Domino Abbe à S. Nicolao Ordinis S. Benedicti, ad hoc negotium secum assumptis.

Sequenti anno 1672. ab eodem Celsissimo in præsentia magnæ Nobilitatis cum Cæremonijs consuetis coronata fuit, & Pedum accepit. Hæc villam Statenicz, mille sexcentis à Monasterio, nescitur quomodo alienatam, ab Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Episcopo Regino-Hradecensi Joanne Friderico de Tallmberg de novo 10000. flor. emit. Monasterium antiquum ruinam minitans dirui, & de novo cum Refectorio, Dormitorio, & duabus partibus retrò ad plateam ædificavit, turres pariter ruinatas ædificavit, quod multa millia constitit.

Annô 1673. etiam præter alia, *Sacellum S. Anne* per eam ex integro renovatum, & stratum fuit, ubi etiam lapides sepulchrales ante majus Altare propter æqualitatem transpositi sunt, sicut & lapis sepulchralis super sepulchrum Agnetis consanguineæ Ottokari, de qua dicebatur, quod quicunque in peccato mortali constitutus super hunc lapidem calcavit, immediatè sudare coepit, transpositus est, corpus autem in loco immotum permanxit.

Eodem

Eodem anno 9. Septembris, præter spem omnium, corpus, seu ossa B. Milade reperta fuere, dum murarij renovantes *Sacellum S. Anne*, inopinatè super sepulchrum ejus percutientes reperforamen fecissent, quod timore pleni Venerabilibus Virginibus insinuârunt, quæ cum magno gaudio accurrerunt, accensam candelam per funiculum demittentes, omnia ossa conjuncta, habitum verò totaliter consumptum nihilominus conjunctum repererunt.

Desuper totum lapidem levari curârunt, ad quod planè hâc die adveniens Augustissimus Imperator Leopoldus I. tunc viduus, ut Monasterium S. Georgij visitare dignaretur, humiliè requisitus, satisfecit petitioni, & comparuit, statimque ad præfatum Sepulchrum deductus, illud honorificavit; quod alterâ vice Pragam veniens, & Monasterium visitans, ipse narravit.

Post biduum, vel triduum, magno honore, & veneratione, per Confessarium illarum Patrem Wetter S. J. ossa Sanctæ hujus levata, & in cistula munda reposita mansere, usque dum *Sacellum S. Anne* ad suam perfectionem venisset. Deinde Annô 1675. Feriâ tertîâ Paschatis ante Vespertas à Celsissima Principe *Anna Mechtilde Schenweisiana*, Venerabile Virgine Priorissa *Fusina Dorneriana*, & alijs Virginibus Senioribus, professionaliter cum maxima devotione cantantibus Litanias Laurentanas, & alias pias cantilenas Boëmicas, accensis candelis, hic pretiosus thesaurus Matris, & Fundatrixis suæ, ad locum in sinistro latere Altaris in muro præparatum deportatus, & depositus fuit, ossa Sacra in alba taffeta involuta sunt, & hodie cernuntur: qui ejus opem implorant, magna cum consolacione experiuntur.

Fuit autem hæc Sancta inventa finè tumba in crypta fornicate jacens, & sub capite excavatum lapidem per modum canalis habens, qui illi deinde rursum suppositus est: Velum capiti illius sic adhæsit, ac si illi accrevisset, quod illi etiam testum alio novo reliatum est. Pars funiculi à Rosario jam putridi in manibus hæsit, de granis autem Rosarij nec unicum repertum fuit. Habitus superior unà cum plicis integer visus,

Q

postea

postea autem propter magnum humorem Sacelli post longum tempus ruptus fuit.

Pars lapidis modò ad caput Sanctæ jacentis in pectore illius jacens reperta fuit, de quo hæc Sancta jam pridem (ut superius annotatum est) sibi devotæ Venerabili Virgini *Catharina Schmidiana* tunc Sacristanæ ad sepulchrum ejus oranti, & obdormienti comparens dixit, quod sibi lapis ad pectus ceciderit: Itèm quod sit aliquando *Principissa* futura, prædictit: Demum quod post aliquod tempus, tunc nimirum quando *Principissa* hujus Monasterij, & *Episcopus* in initiali Litera Nominum convenient, ex hoc loco levabitur; quæ visio ex integrō verificata fuisse videtur; nam omnia evenerunt: Præfata Virgo *Catharina* fuit dein *Principissa*; *B. Milada*, tempore *Matthai*, & *Principissæ Mechtildis*, quorum nomina in Litera M. convenient, & inchoantur, feliciter inventa, & elevata fuit; præterea & lapis ille in pectore illius jacuit.

Secundo die post inventionem Corporis *B. Milada*, & elevationem lapidis ejus sepulchralis, summo manè una Religiosa Virgo, (nomen ejus hic taceo,) deorsum descendit, & unum dentem ex ore illius eximens, eum apud se inter cæteras Reliquias portare intendit, sequenti statim nocte in somno hanc *Beatam* ante se stantem, & vacuitatem inter dentes monstrantem, simul se ob præsumptionem commissam arguentem conspexit, unde maximo horrore perculsa, statim altero manè iterum ad *Sepulchrum* descendit, & dentem ad locum suum reverenter depositum, cum propôsito, se amplius quid simile nunquam præsumpturam, causam sui horroris nunquam patefacere voluit.

Eodem tempore aliæ duæ Religiosæ personæ de hac *Beata* discursum longiorem formârunt, inter quem uni (cujus nomen pariter silentio premo,) aliquod dubium incidit, utrum hæc ossa illius, vel alicujus alterius essent. Secundò: utrum tantâ sanctitate prout spargitur, clareret? sequente Vespere persolutis suis precibus cubitum concessit, obdormienti se tres horrendi dæmones monstrârunt, & collum illius apprehendentes eam suffocare parârunt; ex parte etiam conspexit unam

Reli-

Religiosam mediæ staturæ in nigro habitu Virginem; inter angustias constituta, nullo modô, licet Sanctissima Nomina *JESU*, & *MARIAE* invocaret, ab his spiritibus liberari potuit, usque dum ultimò ex parte stans Virgo illam allocuta fuisset, & dixisset, (arguendo eam quod de suis Reliquijs dubitaret, & quod nomen *Sancta* mereretur, credere nollet) ut sequentia verba proferret: *Sancta Milada ora pro me*. His prolati statim abillis infernalibus spectris liberata fuit: desuper evigilans, longo tempore dolores colli sensit, ita ut illud invertere nequiverit.

Narravit hæc illa ipsa in confusionem sui sèpius, dicens non fuisse somnium, sed veram poenam Dei ob suam incredulitatem immissam, & ab illo tempore nîl simile præsumens, se devotam erga hanc Beatam futuram appromisit.

Grassante peste Pragæ 1679. licet subditi ex Bonis vivaria pro Monasterio advehentes infecti fuissent, & familie Monasterij curiosæ suos carbunculos monstrâsset, & insuper palpandos dedissent, nulla tamen Virgo Religiosa, neque ulla persona ex familia ex speciali tutela Dei infecta fuit, omnibus in vivis permanentibus.

Eodem tempore Augustissimus Imperator *Leopoldus I.* Pragam appulit, & illo die ante festum *S. Martini* jejunium in pane, & aqua servandum constituit, & ipse etiam unà cum sua Aula servavit, quod & omnes Virgines Sacrae observârunt, & expertæ sunt, quod quicunque eo die jejunârunt, à peste liberati sint.

Annô 1680. in Festo *S. Apolloniae* Augustissimus Imperator *Leopoldus I.* Monasterium *S. Georgij* visitavit, solemnitati intersuit, & etiam prandium in Refectorio Virginum unà cum viduata Imperatrice *Eleonora*, & altera, sua conjugi, &c. sumpsit, quod *Principissa* Monasterij benedicere debuit.

Sumpto prandio Augustissimus Monasterium consideravit, & absolutis Vesperis, approssimatis suis gratijs, discessit.

Annô 1682. Ecclesia *S. Joannis in Naueniæ*, & annô 1684. Ecclesia *S. Clementis in Hradecz* ex integrō reparari & restaurari, debuerant, & ad requisitionem *Principissæ* à Reverendissimo

Q 2

Domino

Domino Officiale, & Decano Metropolitano *Wenceslao Bilek à Bilenberg* Aquâ Gregorianâ benedictæ sunt.

Annô 1686. Ecclesia *S. Nicolai* in *Zalesticz* ab aquis ruita, cum consensu Venerabilis Consistorij in alio loco ædificata nova fuit sumptibus Monasterij, quam Reverendissimus Dominus *Tobias Becker* Canonicus Metropolitanæ Ecclesiæ, dein Episcopus Regino-Hradecensis benedixit.

Sub Regimine hujus Principissæ totum majus Altare in Ecclesia *S. Georgij* erectum fuit, quod 1200. flor. constitit, Ecclesia foris, & intus dealbata, fornix reparatus non parùm etiam constitit.

Multas persecutiones, maximè post incendium illud annô 1689. 21. Julij à Gallis causatum, ob Judæos tulit; conflagratam per illud incendium Ecclesiam *Sancti Spiritus* in Antiqua Urbe Pragensi restauravit, & morbis fatigata, placidè in Domino obdormivit annô 1691. 21. Septembris, ætatis suæ annô 63. Religionis, 49. Menie, 9. Velavit Virgines 7. vestivit, 11.

Francisca Helena Pyeronin de Galliano, electa est 28. Octobris anno 1691. Coronata, 25. Novembris. Hæc in honorem Magnæ Matris *Sancte Anne*, supra villam *Brzezan*, in monte, pulcherrimum & satis amplum Sacellum, (quod ut ab igne tanto magis securius esset,) ex mero lapide exstrui fecit, adeò ut ipsum tectum nil ligni in se contineat. Dotavit illud, & apparmentis tam de auro, quam argento, sicut & alijs ad Missæ Sacrificium necessarijs copiosè providit, & cum consensu Reverendissimi Consistorij Pragensis, in administrationem proximo Parocho *Wodolensi* dedit.

Ad quod Sacellum magnus populi est concursus, & ibidem Divina, præter tertiam hebdomadam, etiam frequentiora, imò quasi continua habentur. Prædictum hoc Sacellum anno 1707. die 21. Augosti, Reverendissimus & Illustrissimus DD. *Vitus Sacri Candidissimi* & *Canonici Ordinis Præmonstratensis* Abbas in *Monte Sion*, Suffraganeus Pragensis ritu solenni consecravit, unà cum tribus Altaribus. In cuius memoriam Tabula pendet, in qua sequentia formalia exarata sunt.

Ad

Ad perpetuam Rei Memoriam. Celsissima *Francisca Helena Pyeronin de Galliano* Dei Gratiâ Principissa & Abbatissa Regij Antiquissimi Monasterij *Sancti Georgij* in Castro Pragensi, hoc Sacellum in Honorem Magnæ Matris *Sancte Anna* erigi fecit. Quod demum Annô Millefimo Septingentesimo Septimo, die 21. Mensis Augosti, Reverendissimus & Illustrissimus Dominus Dominus *Vitus* Dei & Apostolicæ Sedis Gratiâ Episcopus Hieropolitanus, Suffraganeus Pragensis, Sacri Canonici & Exempti Ordinis Præmonstratensis Prælatus, Regiarum Ecclesiarum Montis Sion & Milovicensis Abbas, & per Provincias Cæsareas Ordinis prædicti Visitator Generalis ac Perpetuus, Sacrae Cæsareæ Regiæque Majestatis Consiliarius, in Honorem Ejusdem *Sancte Anne* unà cum Majori & duobus Lateralibus Altaribus *Sancti Isidori* & *Sancti Joannis Nepomuceni Martyris*, Ritu Solemni Consecravit, & pro Anniversario die Dedicationis in futurum Diem Dominicum Festum Sancti Bartholomæi Apostoli immediatè sequentem determinavit.

Villam *Brzezan* nuncupatam unà cum Residentia Dominali, horreis, & ovili totaliter exustam reædificavit. Cum consensu suæ Sacrae Cæsareæ, Regiæque Majestatis, Dominium in Districtu *Litomericensi* situm, & *Cziskowicz* nuncupatum, emit. Sub ejusdem Regimine anno 1711. coepit non tantum ejus Titulatura: *DEI GRATIA PRINCIPISSA*, verùm etiam Jurisdiçtio difficultari & disputari, quod illegitimo utatur Titulo, jus Cancellariæ respectu Librorum fundalium, & Præsidium in judicando sibi arroget, non minùs, quod Libri fundales, sibi subiecto Judici extradendi essent. Nè igitur tantum præjudicium huic antiquissimo & Celeberrimo Monasterio, & omnibus Principissibus nascatur, proinde ad Suam Majestatem post deplorandum obitum Augustissimi & Invictissimi Cæsaris *Josephi I.* Regentem Augustissimam DD. Matrem *Eleonoram Magdalenam Theresiam* recurrit, & penè Privilegia à tot Pontificibus, Cæsaribus, Regibúsque, ac Ducibus largita, & confirmata clementissime manu teneri petiunt; auditâ igitur Regia Locumtenentiâ, & dato desuper arbitramento, eodem anno 1711. die 9. Octobris ad eosdem DD. Regios Locumtenentes hac in causa

causa decisio emanavit, & die 27. Octobris feliciter appulit. Quartâ Novembris verò à sëpe dictâ Regia Locumtenentia intimata fuit, & quidem quoad passum *Primum*. Quòd multum memorata Principissa Judicijs suis tam respectu Jurisdictionis ad *S. Spiritum*, quâm etiam in *Augezd* ipsâ vel in persona, vel per suum Juratum *Cancellaria Directorem* præsidere, & salvâ *Appellatione*, sententias ferre possit, non minùs libri fundales & œconomici quòd semper in *Cancellaria Principissæ* manere debeant.

Itèm confirmatus est ejusdem *Cancellaria Director*, & quòd Titulaturam *Principissæ* attinet DEI GRATIA, quòd hac in parte nullo incompetenti Titulo utatur, agnatum. Et tandem ultimò huic decisioni & illud additum est, quòd *Principissa* penes suam Jurisdictionem, quam in suprà dictâ Judicia & possessionatos illorum habet, manu tenenda sit, donec aliud ratione omnium similium Jurisdictionum ab Augustissimo suo filio *Carolo* statutum fuerit; quam decisionem felicissimè redux Augustissimus *Carolus*, sicut & omnia alia, quæ altè fata Augustissima Domina Domina Mater geslit, per gratiosissimum 1. Februarij 1712. emanatum, & Regijs DD. Locumtenentibus, 6. Februarij ejusdem anni insinuatum Rescriptum integraliter approbavit.

Eadem Celsissima, plurimis annis inter monasterium & Reverendissimum sempérque fidele Capitulum Metropolitanum ad D. Vitum in puncto administrationis Sacramentorum & Sepulturæ, sicut & aliquarum ex Bono Monasterij *Stateniz* & villa Dominicali, Parocho Capitulari in *Aunietiz* præstandarum decimarum, durantem differentiam feliciter pacificavit, & cum mox memorato Reverendissimo sempérque fideli Capitulo convénit, quòd nimirum Capellano Monasterij Jus administrationis Sacramentorum & Sepulturæ in totum tractum Monasterij, & eidem unitorum ædificiorum, ab ipso primo atrio, usque ad residentiam Capitularem, & omnes ibidem habitantes, sicut & in universam familiam Monasterij etiam in clausura existentem competere debeat, ècontrà Jurisdictioni Spirituali SS. Ecclesiæ Metropolitanæ, omnes aliæ, & separatæ, verùm

verùm sub fundalem Jurisdictionem monasterij sp̄estantes domus, sicut & ædificium supra Capellatum (si ibidem in solo vietu habitantes essent, & ad ipsos extra clausuram accessus darietur,) sub Jurisdictionem Spiritualem mox dictæ Ecclesiæ Metropolitanæ ut sp̄estent; non minùs ex Bono *Stateniz*, Ecclesiæ *Aunieticensi*, & septem vaccis ferreis consuetus census, & decimarum nomine sex modij filiginis, & tantundem tritici ut pendantur. Hæc transactio facta est 20. Maii, 1715. & ad instantiam Celsissimæ, à Reverendissimo Confistorio

19. Julij, ejusdem anni, ratificata, & libro transactionum sub Lit. C. fol. 100.
& seqq. ingrossata reperitur.



NOMI.



NOMINA
VENERABILIUM
ET
RELIGIOSARUM
VIRGINUM
ORDINIS
S.BENEDICTI
IN
CASTRO PRAGENSI
AD
S. GEORGIUM
PROFESSARUM.

- I. FRANCISCA HELENA PYERONIN DE GALIANO, PRINCIPISSA.
- II. Anna Sabina Bruschin de Neyenberg, Priorissa.
- III. Rosina Schlindlin de Hirschfeld, Subpriorissa.
- IV. Victoria Benikin de Petersdorff.

V. Anna

- * •••
- V. Anna Secunda Glæslein.
 - VI. Ignatia Martinin de Pograd.
 - VII. Emiliiana Schæbelin.
 - VIII. Magdalena Peiferin.
 - IX. Abundantia Bukowskin de Hustirzan.
 - X. Maria Flavia Koliatin.
 - XI. Patientia Tischerin.
 - XII. Xaveria Mülwenzlin.
 - XIII. Mechtildis Schräterin.
 - XIV. Maximiliana Mieszkin de Weischkow.
 - XV. Aloysia de Widman.
 - XVI. Isidora Raudnizkin de Brezniz.
 - XVII. Alexia Zwikerin de Dossberg.
 - XVIII. Innocentia Audrzkin de Audriz.
 - XIX. Georgia Mathesin.
 - XX. Maria Constantia Comitissa de Butler.
 - XXI. Anna Rosalia Bekin de Riksa.
 - XXII. Wenceslaa de Pris.
 - XXIII. Laurentia Grassantin.
 - XXIV. Francisca Cajetana Dalducin della Cassa.
 - XXV. Cordula Stadlerin de Wolfersgrün.
 - XXVI. Emerentiana Albrechtin.
 - XXVII. Anna Jacobina Kalcherin.
 - XXVIII. Rosa Maria Ossendorfin.
 - XXIX. Joachima Plotin de Konarzin.
 - XXX. Maria Vitalia Winklerin.
 - XXXI. Maria Gabriela Warlikin de Bubna.
 - XXXII. Josepha Archangela Comitissa Hodicin de Wollframiz.

R

XXXIII.



- XXXIII. Gertrudis Tannerin.
 XXXIV. Anna Scholaistica Paulerin de Honburg.
 XXXV. Maria Benedicta Aulikin.
 XXXVI. Maria Milada de Kautsch.

LAICÆ SORORES.

- XXXVII. Euphrosina Horskin.
 XXXVIII. Marina Nosigin.
 XXXIX. Maria Anna Kinlin.
 XL. Gregoria Kushelin.
 XLI. Anna Maria Hauberin.
 XLII. Liboria Sweigin.



HISTO-



HISTORIA De Cœnobio Sacrarum Virgi- num Ordinis **S. BENEDICTI** *Vetero - Pragæ ,* **S. SPIRITUS** appellato.

§. I.

*Monasterium Vetero-Pragæ pro Sacris Vir-
ginibus Ordinis Sancti Benedicti , S. Spiritus appel-
latum ædificatur, fundatur, & dotatur,*



Nnō 1346. Nobile in primis Virginum Sa-
crarum Ordinis Sancti Benedicti Coenobium (quod
Sancti Spiritus, seu ad Misericordiam Dei appellâ-
runt;) maximis opibus, & censibus, (præcipue
Villâ dobré pole / &c.) in Veteri Urbe Pragensi fundavit privatus
R 2 homo

homo Civis Pragenis, Nicolaus Rokczanerus nomine; (cujus posteri, de Obors appellari maluerunt.) Titulus Cœnobio datum est: *Ad Misericordiam Dei, ad quam (ut litteræ Fundationis loquuntur,) indefinenter debemus recurrere, flagitantes, ut suos misericordes oculos ad Nos convertat, in die illa tremenda, cùm de hoc exilio adire sempiternam vitam nos contingat.* Datum Prague Annō 1346. feriā IV. post Dominicam: *Oculi mei semper.*

Fundatione, & dotatione pro prænominato Monasterio à Nicolao Rokczanero factâ, cùm idem Nicolaus è vivis discesserit, executorem testamenti sui constituit Joannem Episcopum Olomucensem, qui testatoris voluntatem adimplevit, & de pecunijs testatoris relictis, Monasterium Sanctimonialium Ordinis Sancti Benedicti sub vocabulo *Misericordia Domini in majore Urbe Pragensi* fundavit, pariter & dotavit, & subsequenter idem Episcopus pro animæ suæ remedio, & augmentatione Monasterij prælibati, ut ipse dicti Monasterij proprius Fundator etiam existaret, nonnulla de bonis suis ad eum ratione personæ suæ spestantibus, Abbatissæ, Monialibus, & Monasterio donavit.

Plurimos Nicolaus Rokczanerus habebat cognatos, Patruelles, fratres, filios, qui omnes uno animo, unâque sententiâ, præfertim filius Franciscus (secundus Fundator meritò dicendus,) post mortem Nicolai foundationem hanc auxere plurimum, ut infra patebit.



§. II.

§. II.

Carolus IV. Imperator, & Bohemiae Rex, confirmavit Annō 1348. Regio suo diplomate Fundationem, & Dotationem, Monasterij Sancti Spiritus, seu ad Misericordiam Dei dicti. Hujus diplomatis hac formalia sunt verba.

Carolus Dei Gratiâ Romanorum Rex Tenor
diplomaticus
Caroli
IV.
semper Augustus, & Bohemiae Rex, omnibus
in perpetuum.

*E*tsi Majestas Regnantium per gloriosorum opcrum exercitia glorio-
sius decoretur, potissimè tamen eos convenit illis operibus ope-
ram præbere sollicitam, qua pro gloria Divini nominis, & cultus ejus
augmento, pià devotione fidelium instaurantur, ad qua promovenda
tantò nos amplius agnoscimus obligatos, quanto celioris disponente Do-
mino concendimus apicem dignitatis. Cum igitur bona memoria
Nicolaus Rokczanerus, quondam Civis noster Pragenis aliquantisper
ante mortem suam, locum aliquem Religiosum Domino inspirante pro-
posuissit insituere proprijs sumptibus, & dotare pro salute, & suorum
remedio peccatorum, & postmodum infirmitate gravi, in qua etiam
vitam finivit, præventus, tam salubre, tamque pium non valens pro-
positum consummare, condidit Testamentum, in quo Venerabilem Jo-
annem Episcopum Olomucensem, Principem, & Avunculum nostrum
dilectum, sue constituit executorem voluntatis ultime Principalem
ante mortem, & in morte inter alia specialiter dicti negotij curam, &
executionem committens eidem.

Cumque idem Episcopus ipso Nicolao universa carnis viam in-
gresso post plures tractatus Nobiscum super hoc habitos, qualiter? cum
qua forma? predictum Sanctum ipsius quondam Nicolai propositum
perficeret: Tandem de Nostris consilio, & consensu, illa area platea
Iudeorum in Civitate Nostra Pragensi prefata contigua, in qua idem
Nicolaus

In area
platea
Judeo-
rum
edifica-

tur Mo- Nicolaus personaliter propositum suum bujusmodi consummare decre-
nasteri- verat, ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, & Sacratissimæ Vir-
um S. Spiriti- ginis Mariae Genitricis Domini nostri IESU Christi, Monasterium San-
tutus. Etimonalium Ordinis Sancti Benedicti erexerit, fundaverit, & no-
Confense- mine ipsius Nicolai construxerit, Titulum sibi, & nomen imponens :
runt ad Ad Misericordiam Dei.

hanc Ad hoc etiam Venerabilis Arnesti Pragensis Archi - Episcopi, Mona- Principis Nostri dilecti , nec non Senioris, & Fratrum Cruciferorum sterij funda. Sanctæ Crucis de pœnitentia Beatorum Martyrum in Praga , infra tionem quorum limites area prefata consit, expressò accedente consensu.

Arch- Cui quidem Monasterio villa Lubodericz , quam ipse Nico-
Episco- laus ad hoc ante mortem suam vivâ voce deputavit, per ipsum Epi-
pus laus ad hoc ante mortem suam vivâ voce deputavit, per ipsum Epi-
Pragen- scopum nomine dotis est cum suis pertinentijs omnibus assignata, & ci-
fis, & tra quinquaginta sexagen. grossor. Pragens. redditus anni, quos Meyn-
Præpo- fitus Sanctorum Nicolai in morte sua legavit in pios usus pro suorum
sanctæ convertendos remedio peccatorum, per filios, & heredes, ac executo-
Crucis. res Testamenti ejusdem Meynlini fuerunt. Ac etiam villa Přisud /
Affi- gnatur per antecedentem Episcopum de pecunia, quam ipse Nicolaus pro con-
pro summatiōne sepe dicti negotij reliquerat, comparata per ipsum Episco-
Mona- pum cum omnibus pertinentijs ejus, fuit eidem Monasterio dotis nomi-
sterio S. Spiritus ne assignata.

Villa: Lubo- prædictus quoque Episcopus, prænominati Nicolai Principalis Fun-
dersicz. datoris volens esse in bujusmodi Fundatione Collega, ejusdemque Mo-
Con- nasterij una cum ipso perpetuè censi Fundator, pro peccatorum suo-
currit rum remedio, & memoriali perpetuo, Curiam suam in sepe dicta Ci-
ad hanc funda- vitate Nostra ad portam Sancti Benedicti sitam eidem Monasterio con-
tionem tulit, & donavit in usus ejusdem, ut ipse disposuit, conducendam.
Nicolai

Rok- pateat inspectoriis presentium universis, tam presentibus, quam
czaneri futuris, quod erectio, fundatio, & dotatio ante dicti Monasterij , ac
frater, redditum, & bonorum predictorum eidem assignatio de Nostris pro-
Meynli- cesserunt voluntate omnimoda, consilio, ut premititur, & consensu-
nus di- stus. Quas etiam Authoritate Regiæ de certa scientia, tenore præsen-
Com- tium approbamus, præsenti Constitutione in perpetuum valituru. Eâ-
paratur etiam Authoritate Regiæ statuentes, ut memoratum Monasterium, quod
pro hac in nostram, & Successorum Nostrorum Regum Bohemiae specialem pro-
funda- tectionem recipimus, in semetipso, & personis, limitibus, possessioni-
tione,

bus, bonis, villis, & incolis, & universis ejus pertinentijs, qua in pre- villa:
sentiarum obtinet, & in futurum Deo proprio, justo titulo quocun- Přisud
que ipsum contigerit obtainere, ubique locorum omni immunitate, & dicta.
Joannes exemptione prefata gaudeant, & fruantur, ac plenissimâ libertate, Episco-
ac nominatim omnibus Privilegijs, Gratijs, & Indultis, quæ, & quas pus O-
lomu- Monasterio Nostro Sanctimonialium Pultomirz Ordinis Sancti Bene-
dicti Olomucensis Diaecesis olim Illustris Joannes Boëmia Rex Genitor fuit
nostræ dilectus contulit, & Nos literis nostris contulimus, perpetuò per-
fruatur. confund-
dator
Mona-

Ut autem libertas bujusmodi abundantiū exuberet, & eidem sterij
Monasterio per amplius Nostræ Celsitudinis appareat gratiam affuisse,
S. Spi- ipsum Monasterium, Abbatissam, & Moniales ipsius, ab omnibus, &
ritus, cui do- singulis contributionibus, dacijs, exactiōibus, aut subsidij, quibuscum- navit
que censeantur nominibus, quas, & quæ cetera Monasteria per Regnum domum
Bohemie sita, Regibus Boemie facere consueverunt, totaliter eximi-
Pragæ mus, & liberamus, ac perpetuis temporibus liberum esse decernimus, ad por-
tam S. & exemptum, ac liberas, & exemptas.

Concedimus insuper Abbatissam, & Monialibus ipsis, de Nostræ mu-
nificentia Majestatis, ac sub obvētu gratiae Nostræ distictè manda-
Caroli mus, ut nulli Nostrorum Officialium, Capitanei, Camerarij, Ministræ
IV.con- fensu- les, Barones, Nobiles, Zudarij, Judices Provinciales, vel simplices, facta est
seu cujuscunque potestatis Nostræ Rectores exsisterint, in dicti Mona-
sterij Curijs, villis, oppidis, allodijs, & in omnibus bonis ejus alijs ha-
& fun-
bitis, vel babendis, alicujus forum Judicij, pro quacunque causa, quan-
Mon- tumcunque magni criminis fuerit, videlicet homicidijs, furti, stupri, sterij
Sancti incendijs, spolij, vel cujuslibet alterius flagitij, sibi contra præsens sta-
Spiri- tutum nostrum attrahant aliqualiter, vel usurpent.

Volumus etiam, ut Abbatissa predicta, & ejus Officialis in omni-
bus bonis, & possessionibus suis de omni causa facultatem habeant ma-
nu liberâ judicandi: ipsis ex Nostræ plenitudine gratiae concedentes, ut gratias
si quid unquam homicidijs, vel alterius nefandi criminis in hereditate confert
Monasterij predicti subortum fuerit, de hoc primò coram Abbatissa sterio
præfectis & Judicibus, per actores tantummodo justitia requiratur. S. Spi-
ritus. Qui si ad evictionem, vel decisionem cause negligentes, vel insuffici-
entes exsisterint, ex tunc talis casis discussio Abbatissæ ab actoribus
deferatur, ut fine debito mediante justitia decidatur.

Quod

Quod si Abbatissa ad hoc determinandum etiam inexperta, tarda, vel malitiosa, (quod absit) extiterit, & per testimonium fide dignum probatum hoc fuerit, hujus litis contestatio, & causa determinatio, ad examen tantum nostrae, & Successorum Nostrorum, vel Archi - Episcopi qui est, & qui pro tempore fuerit, presentia pertinebit. Quod videlicet aut coram Nobis, aut coram Archi - Episcopo responderet velint, optionem Abbatissa duximus, & arbitrio relinquendum. Ita tamen quod quicunque coram Nobis, vel Archi - Episcopo, vel Judice per Nos, aut per Archi - Episcopum super hoc specialiter delegato satisfactionis exinde profluxerit, totum in usus Abbatissa, & Monialium convertatur.

Eidem etiam Abbatissa, & Monialibus ex abundantia nostri favoris liberaliter indulgemus, ut homines earum per Zudarios, ac alios premissos quoscunque Officiales, & Judices nostros, ad aliquod judicium potestatis nostrae, & specialiter quod Zuda vulgariter appellatur, nunquam trahi debeant, & possint.

Quod si ad forum alicujus judicij, sive secularis, sive spirituallis, contra modum premisi processus ducti, vel tracti fuerint, vel coacti, licet etiam causâ maximâ mediante, ab eodem penitus sint excepti, & adversam partem ipsis in expensis, & damnis quas, & que taliter vocati fecerint, & pertulerint, pro presentia condemnamus; voluntentes etiam de speciali gratia concedentes, ut homines prefati Monasterij pro quaunque causa in Civitatibus, oppidis, villis, & alijs locis Nobis, vel alijs quibusunque subjectis occupari, arrestari, vel impignorari non debeant, nec possint aliqualiter, seu gravari, nisi justitia super tali causa coram Abbatissa, vel ejus Officialibus ordine quo supra primitus requisita, & recusata, vel malitiosè pertracta, de quo constare debet expressè, vel nisi forte aliquis de hominibus ipsis Monasterij in aliquo scelere, sive furto facto fuerit deprehensus.

Eo enim casu, in loco delicti commissi, talis reus judicari debet, culpis, & emendis omnibus, quas inciderit, Abbatissa, & Monialium usibus, ut pramittitur, integraliter applicandis.

Adjicientes expressè, quod Administratio, & dispositio Bonorum, & rerum ipsius Monasterij, in potestate, & manibus Abbatissa, & Monialium esse debeat, & nequaquam vendicari per Fundatores Monasterij, vel contra liberam earum voluntatem aliqualiter occupari.

Quod

Quod etiam Monasterium, & bona ejus omnia, tam presentia, quam futura per Archi - Episcopum Pragensem, cui Monasterium ipsum, sicut & alia Ordinis Sancti Benedicti Monasteria per Diocesim suam sita in Spiritualibus subesse dignoscitur, ab injurijs, gravaminibus quorumlibet, protegi volumus affectu paterno: Ita etiam, quod si successores Reges Bohemiae, vel alter quispiam premissas libertates minuere in aliquo, vel infringere attentaret, pro eo tanquam pro libertatum Pragens. Ecclesiae conservatione Archi - Episcopus ipse viriliter stare debeat, & constanter.

Nec tamen Archi - Episcopus ipse, vel Fundatores sèpè dicti Monasterij, aut alter quicunque, ipsi Monasterio sub specie defensionis, vel aliâ quavis occasione ullam inferre queant offensam.

In quo si secùs fieret, ad Nos, & Successores Nostros debet haberi recursus.

Premissas itaque, Exemptionem, & liberationem, ac Gratias ipsi Monasterio, nec non Abbatissa, & Monialibus, caterisque personis, hominibus, & bonis ejus prædictis, presentibus videlicet, & futuris, per Nos, & Successores Nostros Reges Bohemiae promittimus bona fide perpetuis temporibus inviolabiliter observari.

Demum omnia bona, Baronum, vel Civium, aut aliorum, que prefata Moniales ad Monasterium suum donationis, vel emptionis, seu legationis titulò obtinuerint, vel contraxerint, sive in Civitatibus, vilis, Oppidis, curijs, Ecclesijs, Sylvis, pisationibus, pratis, campis, sive in alijs quibusunque rebus, & proventibus habeantur, cuncta ipsis Monialibus, & carum posteris, bona hujusmodi cum omnibus utilitatibus, & obventionibus eorundem, ad usus Abbatissa, & Monialium, & Monasterij prædicti, eis in perpetuum conferimus jure hereditario, ab omni servitute, & onere semper libera, ut prædictur, possidenda.

Quam donationem, & liberationem ad omnes Posteros Nostros extendi volumus in his scriptis, adjacentes nibilominus, quod prædictum Monasterium cum omnibus suis tam rebus, quam personis, omni, & maximâ libertatis perpetuis temporibus frui debeat gratiâ, & gaudere, que per Nos, sive Praedecessores Nostros unquam in Regno Bohemiae cuiquam dignoscitur esse facta.

Ad quam libertatis gratiam, ipsum presentibus de certa scientia confirmamus. Mandantes universis fidelibus Nostris Baronibus. No-

bilibus, vasallis, clientibus, Burggravijs, Justiciarijs, Villicis, Judicibus juratis, & cibibus, ceterisque Officialibus nostris, & subditis qui sunt, & qui pro tempore fuerint, quibuscumque censeantur nominibus, & cujuscumque dignitatis, conditionis, aut statutis existant, & sub obtentu gratiae Nostrae firmiter, & districte, ne quoctunque colore quæsto, directe, vel indirecte, Exemptionem, & liberationem premissas presumant infringere, vel ante dictum Monasterium personas vel bona ejus quæcumque contra tenorem earum in aliquo molestare, prout indignationem Regiam, & districtam evitare voluerint ultionem.

Si quid autem contra premissa, vel ipsorum aliquid, in prejudicium sapè dicti Monasterij Abbatissæ, Monialium, personarum, vel bonorum ejus per quempiam contigerit attemptari, hoc totum ex tunc, prout ex nunc irritum esse decernimus, & inane.

In cuius rei perpetuae firmitatis vigorem, & ne super premissis, vel ipsorum aliquo ullum imposterum per quempiam posset dubium suboriri, presentes literas fieri, & Nostræ Majestatis Sigillo iussimus communiri.

Acta sunt hac Praga presentibus Venerabilibus Gerlaco Mogunito, & Arnesto Prag. Ecclesiarum Archi-Episcopis, ac Illustri Rudolphi Duce Saxonia, & Venerabili Ulrico Episcopo Curiensi, Principibus Nostris dilectis, devotoque Nostro Henrico Preposito Prag. Notario Terra Regni Bohemia, atque fidelibus Nostris Wilhelmo de Landstein Capitaneo Moravia, Andrea de Duba Zudario Prag. Stephano de Sternberg, Jeskone de Krawarz Camerario Olomucensi, Stephano de Camenicz, Jeskone de Boskovicz, Wokone de Holenstein, & aliis pluribus fide dignis.

Datum Annò Millesimo, trecentesimo, quadragesimo octavo. Indictione prima, 6. Kalend. Septembri. Regnorum nostrorum tertio.



§. III.

§. III.

Clemens VI. Romanus Pontifex, ad instanciam Caroli IV. Imperatoris, Joannis Episcopi Olomucensis, & Arnesti primi Archi-Episcopi Pragensis, confirmat Annò 1348. fundationem, dotationem, & donationem Monasterij Sancti Spiritus. Tenor Literarum Papalium, & Archi-Episcopi Pragensis Arnesti, de Verbo ad Verbum est talis.

**Clemens Episcopus Servus Servorum Dei
ad perpetuam memoriam.**

*I*ls, que ad Divini cultus augmentum, Sacrag̃ Religionis propagationem piè, & laudabiliter facta sunt, Apostolici libenter adjicimus Literarum muniminis firmitatem. Sanè peritio pro parte Venerabilis Fratris rum Nobri Joannis Episcopi Olomucensis Nobis exhibita continebat, quod Cle- quondam Nicolaus Rokczanerus Civis Pragensis, condens de bonis suis mentis in sua voluntate ultima Testamentum, inter cetera voluit, & ordi- navit, quod ad Divini Nominis laudem pro sua, & Parentum suorum animarum salute, de quibusdam tunc expressis, & alijs bonis suis, qui- dam Religiosus locus per manus ejusdem Episcopi, quem predicti sui executorem constituit testamenti, fundaretur, & etiam dotaretur, & quod hęc, dicto Nicolao viam universa carnis ingresso, idem Episcopus tanquam executor Testamenti predicti, tam de premissis in eodem Testamento expressis, quam alijs bonis ipsius Testatoris, & per eundem Episcopum de pecunijs Testatoris ejusdem acquisitis, quoddam Monasterium Sanctimonialium Ordinis Sancti Benedicti ad Dei laudem, & sub vocabulo Misericordiae Domini in Civitate Pragensi fundavit, pariter & dotavit, Abbatissam, & Moniales reddituras ibidem per- petuò Altissimo famulatum, instituens in eodem. Et subsequenter idem Episcopus pro anima sua remedio, & augmentatione Monasterij pra- libati, ut ipse dicti Monasterii proprius Fundator etiam existeret, nonnulla

nulla de bonis suis, ad eum ratione persone sua spectantibus, donavit Abbatissę, & Monialibus, ac Monasterio prelibatis; ad hęc omnia per cundam Episcopum facta, Venerabilis Fratris Nostri Arnstii Archi-Episcopi Pragensis accendentibus licentię, & consensu, prout in patentibus Archi-Episcopi predicti, quas presentibus inseri fecimus literis, super hujusmodi fundatione, dotatione, & donatione confessis plenius continentur.

Quare prefatus Episcopus Nobis humiliter supplicavit, ut Foundationem, dotationem, & donationem hujusmodi confirmare de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos itaque ipsius Episcopi, nec non Charissimi in Christo Filij Nostri Caroli Romanorum, & Bohemiae Regis Illustris, in hac parte supplicationibus inclinati, foundationem, & dotationem, & donationem predictas ratas, & gratias habentes, illas ex certa scientia confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus.

Tenor autem dictarum Literarum ejusdem Archi-Episcopi est talis.

Nos Arnestus Dei, & Apostolice Sedis Gratia, Sancta Pragensis Ecclesia Archi-Episcopus, ad universorum presentium inseparorum deducimus notitiam, quod Venerabilis in Christo, & Reverendus Dominus Joannes Episcopus Olomucensis, Frater Noster, Nobis significare curavit, quod dudum bone memorie Nicolaus Rokczanerus quondam Civis Majoris Civitatis Pragensis, dum adhuc ageret in humanis, locum aliquem Religiosum, cupiens terrena, & transitoria pro eternis felici commercio commutare, concepit, & proposuerat, ac omnino in animo suo firmaverat, pro sua, & progenitorum suorum animarum, peccatorumque remedio, & salute construere, & fundare, ipsumque pro suo posse dotare, & ditare. Quod tamen infirmitate, & demum morte preventus non perfecit, imò nec etiam inchoavit. Nolens tamen ipse Nicolaus, ut sui desiderij proposito frustraretur, vel in aliquo fraudaretur, sed potius executioni mandatur, licet infirmus corpore, & in lecto agritudinis constitutus, in quo finaliter cursum sue vite finivit, sanus tamen, & integer mente Testamentum condidit, & ejusdem testamenti executionem dicto Domino Episcopo Olomucensi Fratri Nostro commisit, constituens, & deputans eum principalem, & specialem executorem sua extrema, & ulti-

me voluntatis, rogans, & deprecans inter cetera cundem Dominum Episcopum, ut prataxatum suum propositum dudum per ipsum, ut praedicitur conceptum de fundando Monasterio, ac dorando hujusmodi loco Religioso efficaciter adimpleret, legans, & relinquens villam Lubodersicz, ac certas pecunias profundatione, & dotatione predictis.

Quò Testamento sic per ipsum factò, & conditò, prefatus Nicolaus in Christo cum patribus obdormivit.

Considerans autem predictus Frater Noster Episcopus Olomucensis, decens & meritorum fore defunctorum pias, & ultimas voluntates solerti, & diligenti studio adimpleri, volensque predicti quondam Nicolai dispositionem effectui mancipare, petitā à Nobis licentiā, & autoritate primitus, & obtentā, Monasterium Sanctimonialium Ordinis Sancti Benedicti in quadam area, seu loco platea, seu vico Ju-deorum contigo & vicino, in dicta Civitate Pragensi situato, prout etiam ipse testator sic fieri decreverat, & disposuerat, accedente ad hoc felicis recordationis Illustrissimi Principis quondam Joannis, tunc Bohemie Regis conniventia & consensu, fundavit, constituit, & erexit, institutis in eo eadem Authoritate Nostrā sibi per Nos in hac parte summariter, & specialiter tradita & concessa, Abbatissā cum Sanctimonialibus, quae in dicto Monasterio sub Regula, & Regulari habitu predicti Ordinis Sancti Benedicti Omnipotenti Deo devotè, & humiliter famulantes Divinum Officium diurnum videlicet, & nocturnum debent, & debeant decantare, ac eidem Monasterio in dicto officio vigilanter, & fideliter servire. Nè autem alicujus necessitatis occasio, seu defectus temporalis eas desideres facret, aut robur, quod absit, conversationis infringere, praesertim cum spiritualia sine temporalibus non subsistant. Idcirco prefatus frater Noster Episcopus Olomucensis executor quondam Nicolai predicti, bona, seu villas infra scriptas, videlicet: Lubodersicz, que per ipsum Testatorem pro hujusmodi fundatione relicta fuerat, ut preferatur, & Prisud/ quam dictus Dominus Episcopus Olomucensis pro pecunia dicti testatoris emit, & pro eodem Monasterio comparavit pro sustentatione, & usu, ac ad opus dictarum, videlicet Abbatissę, & Monialium cum omnibus pertinentijs earundem, memorato Monasterio jure proprietatis per ipsum Monasterium perpetuis temporibus possidendas, vice, & nomine dicti Testatoris tradidit, contulit, & donavit.

Procuravit etiam dictus Dominus Episcopus certos, & annuos redditus, ferè quinquaginta sexagenas per heredes, & executores quondam Meynlini fratris dicti Nicolai Testatoris, quos idem Meynl in morte sua reliquerat, & in pios usus pro suorum remedio peccatorum converti jussérat, mandans ipsos alicui pio, & Religioso loco, seu Cœnobio applicari, prænominato Monasterio perpetua donationis titulò, vel pro usibus, & sustentatione dictarum Abbatissæ, & Monialium, ut predicitur, quæ nunc sunt, & quæ pro tempore fuerint assignari, per ipsas, & dictum Monasterium perpetuis temporibus similiter possidendas, & tenendas.

Sunt etiam adhuc certæ pecuniae per dictum Testatorem, videlicet Nicolaum relictæ, pro quibus debent majores, & ampliores redditus pro dicto Monasterio, & dictarum Monialium usibus comparari.
Joannes Sanè volens, & cupiens prelibatus Dominus Episcopus Olomucensis fundationis dicti Monasterij participium obtainere, ac pro Fundatore Episco- ipsius una cum dicto testatore reputari, & censeri, Curiam suam, quam pus O- nunc inhabitat in predicta Civitate Pragensi juxta portam S. Benedic- lomu- eti sitam prefato Monasterio proprietatis jure contulit, & donavit, donavit secundum formam dispositionis ipsius Domini Episcopi, in utilitates Monas- tero S. evidentes dicti Monasterij perpetuò convertendas.

Spiritus Uit autem premissa omnia, & singula, quæ superius sunt expre-
fum fa, firmâ stabilitate serventur, & robur perpetua obtineant firmita-
domum in Anti- tis, recognoscimus praesentibus, & fatemur omnia, & singula ut pre-
qua Ur- fertur, quæ per dictum Fratrem Nostrum Episcopum Olomucensem sunt
be Pra- disposita, ordinata, & facta, de Nostra licentia, & Authoritate, ut
genisi est dictum, ac de Nostra voluntate, & scientia processisse ac disposi-
portam ea, facta, & ordinata fuisse, quæ omnia ex superabundanti, & ad cau-
S. Bene- dicti, nunc S. telam rata, & grata habentes, ipsa praesentis scripti patrociniò robo-
ramus, dantes, & concedentes in testimonium premissarum, presentes Nor- nosras literas Sigillorum nostrorum appensione munitas. Datum, &
berti. actum Prage Annò Domini 1348. 11. die Mensis Septembris.

Clausu- Nulli ergo omnino hominum liceat banc paginam nostra confir-
la Lite- mationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem
Pontifi- hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Bea-
cis Cle- torum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum
mentis Avionon. 14. Kalend. Septembris. Pontificatus nostri Annò nono.
VI.

§. IV.

§. IV.
Literæ Caroli IV. ad Ecclesiam S. Spiritus
super Pößicz, & dobré Pole. Quæ sic sonant.
Carolus Dei Gratiâ Romanorum Rex sem-
per Augustus, & Bohemiæ Rex.

Notum facimus universis, quia dilectus Nobis Nicolaus Rokczanerus Civis Pragensis, quondam Nicolai Rokczaneri filius, juxta nostram dum essēmus in minoribus constituti, & clara memoria Illustrum Joannis quondam Bohemia Regis, Genitoris nostri dilecti, nec non Joannis Fratris nostri, tunc Ducis Carinthia, nunc verò Moravia Marchionis deliberatam ordinationem, & mandatum speciale, dilectis nobis Judici, Juratis, & universitati Civium in Curzim ad liberandum hereditatem suam, bonorum suorum in Poschicz, censem annuum sex Marcarum cum uno fertone sexaginta quatuor grossis, pro marca computandis super tota Villa: dobré Pole/ quæ justò emptionis titulò comparasse dignoscitur, ritè, & rationabiliter assignavit. Et ob hoc dicti Jūdex, Jurati, & Universitas in Curzim pro se, heredibus, & successoribus suis prefatum Nicolaum, heredes, & successores suos in perpetuum de omnibus contributionibus Bernarum, collectarum, censum, Steirarum, Lozungarum, subsidiorum, & omnium onerum quibuscumque specialibus nominibus valeant appellari, qui, & quæ dictæ Civitati Caurzimensi incubuerunt hactenus, seu in futurum valebunt incumbere, de bona voluntate, & maturo Seniorum dicti Loci Caurzimensis præcedente consiliò liberos dimiserunt, & penitus absolutos renuntiantes, etiam omni actioni, proprietati, juri, & questioni, quibus predicta in futurum valerent repetere, & omni simpliciter Canonici, seu civilis Juris auxilio, quibus liberatio, & absolu-
tio supradictæ possent in toto; vel in aliqua sui parte aliquatenus im-
pugnari. Revocantes etiam, cassantes, & irritantes omnes literas dictæ Civitatis, si quæ fortassis data, vel dandæ in lucem prodirent,
quibus absolutioni, & liberationi prefatis posset in aliquo derogari. Si-
cut



ut hec in Nostris Genitoris, & fratribus Nostris, nec non dictorum civium Caurzimensem literis vidimus, & audivimus plenius contineri.

Nos igitur consideratis multiplicibus studiis obsequijs, quibus ante dictus Nicolaus Rokczaner quondam Nicolai Rokczaneri filius fidelis noster, Celsitudini Nostrae indefessâ promptitudine crebro complacuit, & in futurum tantò tenebitur placere fidelis, quanto se rite profixerit ampliori gratiarum munere prosecutum, supradictas Nostras Genitoris, & fratrum Nostrorum, nec non Civium Caurzimensem literas, in omnibus suis tenoribus, sententijs, punctis, & clausulis de verbo ad verbum prout scripta sunt, ac si tenores earum praesentibus inserti consisterent, etiam si his jure deberet in presentibus fieri mentio specialis, animò deliberatò, & Procerum Nostrorum accidente consilio, Nostro, baredum, & successorum Nostrorum Regum Bohemia nomine de dicta Nostra scientia in personas dicti Nicolai Rokczaneri heredum, & successorum suorum in perpetuum approbamus, ratificamus, & de solita Regiae benignitatis gratia confirmamus. Mandantes universis, & singulis Camerarijs, sub Camerarijs, Capitaneis, & ceteris Officilibus Regni Bohemia nominatim, & expresse Judici, Juratis, & Universitati in Caurzim, baredibus, & successoribus eorum, qui pro tempore fuerint, fidelibus nostris, ne supra dictos Nicolaum Rokczanerum, baredes, & successores ipsius adversus praesencis nostra approbationis, ratificationis, & confirmationis indultum quovis ingenio, seu colore quasvis impediatur, seu molestent sub pena gravioris indignationis Nostra, quam qui secus attemptare presumperint, se cognoscant graverter incidisse praesentium sub nostra Majestatis Sigillo testimonio literarum. Datum Prage, Annò 1352.



§. V.



§. V.

Franciscus de Oboris, dictus Rokczaner, filius Nicolai Rokczaneri, Monasterij ad Sanctum Spiritum Fundatoris, auget Foundationem sui Parentis.

Annò Domini 1362. Tenor Literarum ejus hic est de verbo ad verbum.

Ad perpetuam rei memoriam firmitatis, eis ad salutem, & ad eternæ vita gaudia creditur pervenire, qui personas Ecclesiasticas, quæ Divinis sunt obsequijs deputatae, profectibus, & commodis libentiis intendunt, & eis favorem suum student gratijs impendere. Ego Franciscus de Oboris, dictus Rokczaner, sane, ac lucide ad Monasterium Religiosarum, ac in Christo Virginum devotarum Donis ad Misericordiam Domini in Majori Civitate Pragensi Ordinis Sancti Benedicti clare memoria, à peramantissimo Nicolao Patre meo, dicto Rokczaner primitivè fundatum, instauratum, & dotatum, singularis favoris prosecutionis, devotionis affectum habens, volensque ipsis, ut in Dei laudibus eò vigilantiis vacare valcant, aliquo beneficij munere gratijs prævenire, providâ, ac maturâ deliberatione, sanoque consilio meorum amicorum probabitis, lego, dono, ac deputo prefatis Virginibus Religiosis sex sexagenas grossorum Pragensium Denariorum super Curia, & bareditate mea in villa Lybochowicz, & in Majori Civitate Pragensi in platea Sutorum sita, ex opposito Domus Heinlini dicti Negel, super domibus, & areis plateæ prædictæ se se indivisi contingibus, sive continuis, & primò super domo, & area Kynczlini Sutoris tres sexagenas grossorum, Margaretae dictæ Kolmecznin, duas sexagenas grossorum, & Nicolai dicti Upiss duas sexagenas grossorum Pragensium denariorum. Et in platea taxillatorum retro ovium Nobilis Domini Czenkonis de Lippa, super domibus, & areis plateæ jam dictæ etiam se se indivisi contingibus, vel contiguis, & primò super domo, & area Stephani dicti Ruscholl, dimidiā alteram sexagenam grossorum, & unum leporum. Pesslini dicti de Nova domo quinquaginta grossos, & unum leporum.

T

rem.

Franci- tione Altaris Sancti Spiritus in prefato Monasterio per me primiti-
scus vè erecti, & Curati, seu Capellanorum in ipso Altari Missas dicentium,
Rok- rezignando; ratione cuius legationis, donationis, ac prefati censùs,
czaner curavit deputationis, pranominatae Virgines debent, ac perpetuè dare tenebun-
altare tur tribus Capellanis viginti sexagenas grossorum denariorum Pragen-
in tem- psum pro ipsorum sustentatione, ac in ipso Altari domus predicta, ut
Sancti premissum est, videlicet per me primitivè curato, & erecto, singulis
Spiri- septimanarum diebus in eodem per tres Missas. Primam de Spiritu
tus, & funda- Santo. Secundam de B. Maria perpetua Virgine, & gloria. Et
vit tres tertiam, ac ultimam pro omnibus fidelibus defunctis, absque discon-
Capel- tinuatione devotè dicentibus, pro mea, meorumque omnium salute
ianos, perpetua.

que Quas quidem viginti sexagenas grossorum pralibatae Virgines
obliga- inter ipsos Capellanos distribuant tali modo. In primis, illi Capel-
tio de- lano, qui primam de Spiritu Sancto tenebit Missam, dent, & assignent
scribi- septem sexagenas annuatim, de platea Sutorum suprà dictorum colli-
tur. gentes. Secundo verò Capellano, Missam de Beata Maria perpetua
Virgine, & gloria tenenti, similiter septem sexagenas tribuant, de
platea taxillariorum jam dicta recipientes. Et Tertio, & ultimo Ca-
pellano Missam pro Defunctis legenti, dent sex sexagenas de Villa, &
Curia

Curia in Lybochowicz colligentes. Qui etiam Capellani super Ad S.
pelliceis induiti adstante debent in domo supradicti Monasterij, Vespe- Spir-
rarum, ac Missarum solemnitatibus totius anni majorum festivita- tum diebus, & nullus borum Capellanorum sine licentia Domina Abba- erat
tissa, vel Prepositi, qui tunc fuerit, de hujusmodi Vesperarum, ac Mis- sarum solemnitatibus se audeat absentiare. Si verò aliquis ipsorum cum
non obtentà licentiâ se absentare præsumperit, ex tunc in pænam pu- libus, &
niatur sex parvolorum denariorum per ipsum Prepositum pauperibus Præpo-
erogandorum. Nec etiam ipsa Domina Abbatissa, vel Prepositus pre- cum
fati, ipsis Capellanis licentiam abessendi de hujusmodi Vesperis, & Mis- Capel-
sarum solemnitatibus petentibus debent aliqualiter denegare. Hoc lanis.
etiam inclusò, quod prefatae Virgines lumen cerei ardentis à prima
hora, & infra Missarum solemnia, usque post sextam, & à Vesperis
usque ad Completorium, & lampadem de olco lini, die, nocte que ar-
dentem sine extincione perpetuis temporibus debent procurare. Ce-
terum Domina Abbatissa committo remanentes, seu residuas totius
prefati censùs pecunias, in Anniversarijs piorum Parentum meorum
diebus, communis mensa Virginum applicet, & disponat, ut exinde di-
ctae Virgines ad diligentiores dictorum Anniversariorum dierum me-
moriā, devotiū, & pleniū obligentur. In cuius testimonium, ac
pleniorem roboris firmitatem, sigillum meum, ac etiam sigilla provi-
dorum virorum Nicolai Germani mei Rokczaneri, & Udalrici pa-
truelis fratris nostri dicti Rokczaner, presentibus sunt appen-
fa. Datum Anno 1362. die 26. Mense Februarij.



§. VI.

Conventus Monasterij Sancti Spiritus concedit domum in Antiqua Urbe penes portam S. Benedicti ab Episcopo Olomucensi Joanne Monasterio donatam, Theodorico Episcopo Mindensi ad dies vite ejus, & Servi Henrici inhabitandam, propter prestitas Monasterio huic Gratias. Tenor Literarum Theodorici Epi-

De
Theo-
dorico
fusè vi-
de in
Serie
Præpo-
serit
Wisse-
batissa,
Priorissa,
& Conventus Sanctimonialium Monasterij ad Mi-
hraden- sericordiam Dei, in majori Civitate Pragensi, Ordinis S. Benedicti,
in histo- sedula mente revolventes magnos labores, expensas, & sumptus, quos,
ria à me & quas pro dicti Monasterij commodis, & profectibus procurandis
Annô 1700. pertulimus, præcipue pro bonorum, possessionum, reddituum suorum
edita. omni confirmatione, quam à Sede Apostolica ipsis per Nos impetrâsse
Abba- dignoscuntur: ad hoc pluries in Capitulo congregata, tractare cœpe-
tissa ad S. Spic- runt diligenter, quomodo sumptibus, servitijs, laboribus, expensis no-
ritum stris ipsis exhibitis, & imposterum exhibendis congruâ satisfactione
tunc possent refundere. Cumque hoc post frequentem deliberationem aliter
Magda- efficere non possent, habito super hoc nobiscum pluries in pleno Capi-
lena. tulo, sano, & maturo nostro consilio, & diligent tractatu, ac una-
Penès nimi consensu, nobis præmissam considerationem, Curiam Monasterij
Aulam sui prope portam S. Benedicti sitam in Civitate Pragensi predicta cum
Regiam Vetero- omnibus suis pertinentijs, quam felicis recordationis Dominus Joannes
Pragæ quondam Olomucensis Episcopus, dictus & Fundator prefati Monas-
terij eidem contulit, & donavit, dederunt, & concesserunt liberaliter
Eum, tenendam, habendam, & inhabitandam per Nos, aut alium, seu alios,
erant prout Nobis placuerit, & pacificè ad vita nostra tempora possiden-
Cruci- dam, ac pro eadem comparata pro Nostre voluntatis beneplacito ordi-
Tevto- nandam.
nici.

Denique

Denique predicte, Abbatissa, Priorissa, & Conventus Sanctimo- Henri-
nialium Monasterij ante dicti ad nostrarum presentium instantiam, cus di-
Henrico dicto Pingui, familiari, & commensali Nostro dilecto, propter id est
operosas sollicitudines quas in structura predicte Curia per ipsum fe- Fayst.
cisse noscuntur, præhabito consilio, & tractatu diligenti, unanimiter pin- id erat
predictam Curiam cum omnibus pertinentijs suis liberaliter contule- guis,
runt, & concesserunt, post mortem nostram, si nobis supervivere Ratis-
continget, tenendam, habendam, & inhabitandam, per eum, vel bonâ
alium, vel alios, prout sibi placuerit, & pacificè ad vita sue tem- oriun-
pora possidendum, & pro eadem ipsa pro sua voluntatis beneplacito inde
ordinandum: volentes quodcumque Nos, & predictum Henricum ab Civis
bac luce migrare contigerit, Nobis extinctis, qui tunc predicta Curia Praga-
cum omnibus suis pertinentijs liberè, sine omni impedimento, & con- sis.
tradictione quorumlibet immediate ad prefatum Monasterium redire
debeat, & devolvi.

In cuius rei testimonium presentes fieri fecimus, & Sigilli Nostri
appensione muniri. Datum Prague, Annò Domini 1358. die S. Mar-
garetha Virginis.

§. VII.

Annô 1385. Wenceslaus Romanorum, &
Boëmia Rex, confirmat Monasterio Sancti Spiritus fun-
dationem, dotationem, possessiones, Jura, & Gratias concessas.

Diploma Regium de verbo ad verbum sic sonat.

Wenceslaus Dei Gratiâ Romanorum Rex Dipla-
semper Augustus, & Bohemiæ Rex, ad perpe-
tuam rei memoriam.

Regie dignitatis generosa sublimitas pijs votis supplicantium perso-
narum quarumlibet, illarum præfertim que Divinis obsequijs de-
dicata spredo maritalis viri thoro, illi qui præ filiis hominum specio-
sus

ma
Wen-
ceslai
Rom.
& Boë-
mix
Regis.

sus est assidue famulantur, favorabiliter annuens personis eisdem Regie benignitatis gratiam impartitur.

Sanè pro parte Religiosarum Abbatissæ, & Conventus Sanctimonialium Monasterij ad Misericordiam Domini Pragensis devotarum nostrarum dilectorum, Celsitudini nostra humiliter exsilit supplicatum, quatenus ipsis literas, & privilegia Serenissimi quondam Caroli Romani Imperatoris, & Boëmia Regis, Genitoris nostri Charissimi, ipsis, & earum Monasterio super fundatione, dotazione, possessionibus, Juribus, gratijs, & libertatibus traditas, & concessas, & signanter omnia contenta in eisdem approbare, ratificare, & confirmare gloriostus dignaremur.

Nos igitur ad supradictarum Abbatissæ, & Conventus humilem supplicationis instantiam, multiplicibus earum devotionis, & virtutum insignijs attentijs animati, ut Genitoris nostri predicti vestigijs feliciter inherentes una cum ipso, largiente Domino, eterna salutis participes fieri mereamur, dictas Abbatissæ, Conventui, successoribus earum, & Monasterio bujusmodi literas, & privilegia, ac etiam alia ipsorum privilegia à Nobis, vel ab alijs super ipsarum Juribus, possessionibus, bonis, villis, & censibus ipsis donata, legata, tradita, vel concessa, quorum possessionem tenent legitimam, specialiter etiam litteram super Bonis Villa Przeboy in omnibus suis clausulis, & sententijs prout scripta sunt, & provide processerunt, approbamus, ratificamus, & presentibus per omnia confirmamus.

Insuper ex munere benevolentia specialis, & singularis devotionis affectu, quem ad easdem gerimus, bona in Polchicz dudum eisdem donata, seu legata. Item octo Leves Marcus in, & super Civitate Luthemericensi eisdem donatas, per Lemblium Notarium quondam Genitoris Nostri.

Item in Villa Holischowicz novem sexagenas census cum dimidia per Franciscum Rokczanerum eisdem donatas.

Item decem sexagenas grossorum in Villa Otwogicz pro vestitu earum Sanctimonialium per dictum Franciscum legatas.

Item infra scriptos census Terra Tabulis annotatos pro per predictas Sanctimoniales, & earum usibus comparatos, in villa videlicet Kokosow quindecim sexagenas annui census. Item infra scriptos census per easdem comparatos apud olim Stephanum Botkonis Ciuem Pragensem in Villa videlicet Qwicz.

In Villa Wrchote, & aratura sua quinque sexagenas grossorum, & novem Halenses.

Item in villa Blahoticz in Curia Chytiewory, & aratura ipsius, quatuor sexagenas census.

Item in Villa Zewskur in Curia, & hereditate Pechonis duas sexagenas census. Item in Villa Trziebis, in Curia, & aratura Bedrici duas sexagenas. Item in Villa Horzieffovicz in Curia Bohunkonis unam sexagenam. Item in eadem Villa Horzieffovicz in Curia Rusticali unam sexagenam. Item in Villa Knowicz in Curia, & aratura Jefskonis alteram medium sexagenam.

Item in Villa Zwolenyewsy in aratura Pechonis unam sexagenam. Item in Villa Unhosst in Curia, & aratura Michelikonis quondam Camerarij unam Marcam gravem, sexaginta videlicet quatuor grossos, eisdem Abbatissæ, Conventui, successoribus earum, & Monasterio predicto sub eo jure, & libertate, quibus eadem hactenus possederunt, & possident, approbamus, incorporamus, anneximus, & adjungimus habenda, tenenda, & perpetue possidenda. Supplentes omnem defectum, si quis ex defectu, vel obscuritate verborum, sententiarum dubietate, vel alio quovis modo compertus fuerit quomodolibet in premisis. Nulli ergo omnino hominum licet hanc nostræ approbationis, ratificationis, confirmationis, incorporationis, annexionis, & supplicationis paginam infringere, vel ei ausu temerario quomodolibet contraire sub indignationis nostræ poena gravissima, praesentium sub Regia nostra Majestatis sigillo testimonio literarum. Datum Prague, Annò Domini 1385. die decimæ Mensis Martij. Regnorum nostrorum Annò Bohemiae vigesimo secundo, Romanorum vero nono.



§. VIII.

*Moniales ad S. Spiritum vendiderunt Nobili Domino Thimoni de Coldicz Magistro Cameræ Regie suam domum in Parochia Sancti Benedicti prope muros Civitatis Pragensis sitam, & pro pecunia emerunt in villa Myletin certum annum censem. Quam venditionem, & emptionem Wenceslaus Romanorum, & Boëmiæ Rex hoc Regio decreto confirmavit, Annō Domini 1386.
quod sic de verbo ad verbum sonat.*

**Wenceslaus Dei Gratiâ Romanorum Rex
semper Augustus, & Bohemiæ Rex.**

*N*otum facimus tenore præsentium universis, quod cum Religiosis Abbatissæ, & Conventui Monasterij Sancti Spiritus, vel ad Misericordiam Domini majori Civitate Pragensi de speciali benignitate indulserit Nostra Serenitas, ut videlicet ipsa in recompensam Domus quam sicut in Parochia Sancti Benedicti prope muros Civitatis Pragensis pro nunc obtinebant, quamque de nostro beneplacito, & consensu Nobili quondam Thimoni de Coldicz Magistro Camera Nostræ dum viveret pro certa summa pecunia vendidisse noscuntur: quatuordecim sexagenas grossorum annui, & perpetui census pro ipsarum Monasterio possent, & valeant comparare, præfata quoque Abbatissæ, & Conventus virtute bujusmodi Regij nostri indulti villam Myletin districtus Caurzimensis, in qua sunt quatuordecim sexagena census annui cum suis pertinentijs, legitimo emptionis, & venditionis interveniente contractu pro certa pecunia summa emerint, & comparaverint, Majestati nostræ humiliter supplicantes, quatenus ad bujusmodi emptionis, & venditionis contractum, consensum Regium adhibere, ipsumque approbare, ratificare, & confirmare gratiosius dignarremur. Nos igitur precibus dictarum Sanctimonialium gratiosius annuentes, præsertim ad hoc ut ipsa pro Nostro, & Progenitorum Nostrorum

ſtrorum remedio ſalutari Omnipotentem Deum eòquidem studioſius, & ferventiū debeat exorare, non improvidè; neque per errorem, ſed animo deliberato, ſano fideliū Noſtrorum accidente conſilio, Regiā Auctoritate Boëmiæ, & de certa Noſtra ſcientia, ad bujusmodi emptionis, & venditionis contractum, conſensum Regium adhibentes, iſum Regiā Auctoritate predictā approbam⁹, ratificam⁹, & tenore præſentium gratiosius confirmam⁹, Villam quoque prædictam cum ſuis pertinentijs univerſis, prefatis Abbatiffæ, Conventui, & Monasterio unimus, incorporamus, anneximus, & inviſceramus, per ipſas, & earum Monasterium ex nunc in ante a perpetuis temporibus habendam, tenendam, & pacificè poſſidendam, omni eo Jure, libertate, modo, & conditione, & formā, quibus Noſtris, & Regni Boëmiæ fidelibus, firmiter, & diſtrictè, quatenus prefatas Abbatiffam, & Conventum, ac Monasterium in Villa prædicta, & pertinentijs ſuis nullatenus impediāt, nec impediare quempiam patiantur, quin potius ipſas, Jura, bujusmodi Villam manuteneant, protegant fideliter, & defendant, prout gravem Noſtræ indignationis offensam voluerint arctius evitare, præſentium ſub Regiæ Noſtræ Majestatis Sigillo testimo‐nio literarum. Datum Prae, Anno Domini 1386. die 24. Mensis Octobris. Regnorum Noſtrorum Anno Bohemia Vigefimo tertio, Romanorum vero decimo.

§. IX.

Benefactores aliqui Monasterij ad S. Spiritum recensentur.

*Q*uædam Domina Clara, quondam Henslini Freibergerij de Praga, reliſta viua, donavit Monasterio ad Sanctum Spiritum, ſeu ad Misericordiam Domini, Villam Przibog, post mortem ſuam ad illud devolvendam cum omnibus ſuis pertinentijs.

Donationem hanc Wenceslaus Rex Boëmiæ, & Imperator Confirmat⁹, Annō 1384. die 25. Mensis Maii, ut eo jure quo cætera bona prædicti Monasterij Moniales poſſident, illa post mortem prædictæ Claræ Freibergerianæ utantur, habent, & teneant, & intabulari current.

Annō 1363. die vigesimā Mensis Octobris, Monasterio S. Spiritūs donavit *Franciscus Rokczaner de Oborſ*, Fundatoris Monasterij filius, septem sexagenas grossor. denarior. Pragens. annui censūs, quas in *Holysowicz* habuit percipiendas.

Nicolai Rokczaner Fundatoris Monasterij ad *S. Spiritum* Filius, etiam *Nicolaus* dictus, dedit Monasterio *S. Crucis* Ordinis S. Augustini de pœnitentia Beatorum Martyrum, Quinque Marcas grossor. denarior. Pragens. perpetui censūs pro areis, & domorum demolitione, pro fabrica Monasterij Sancti Spiritūs ad Monasterium, & Monialium habitatione, & pro utilitatibus ex iisdem provenientibus, seu Jure Parochiali obvenire valentibus, videlicet offertorijs, oblagijs, fumalibus, testamentis, & quibuscumque alijs utilitatibus, cùm locus ille, ubi Monasterium S. Spiritūs ædificabatur, spectaverit ad Paræciam Sanctæ Crucis.

Erat tunc Abbatissa ad Sanctum Spiritum *Getrudis*.

Quòd has quinque Marcas acceperit Monasterium Sanctæ Crucis à *Nicolao Rokczaner* filio *Nicolai Rokczaner* Fundatoris, & nihil velit ampliū à Monialibus petere, subscripterunt *Joannes Senior*, (Præpositus,) nec non *Jenko Prior ad Sanctam Crucem*, totusque Conventus Monasterij S. Crucis Ordinis S. Augustini de pœnitentia Beatorum Martyrum in Majori Civitate, anno 1378. proximā seriā secundā post Dominicam Palmarum.

Annō Domini 1391. seriā IV. post festum *S. Jacobi Apostoli* discretus Vir *Nicolaus Praſic*, (erat Civis Neo-Pragensis, & Pictor,) legavit unam sexagenam grossorum Pragensium censūs annui, & perpetui Religiosæ Virginis Suppriorissæ Monasterij Sancti Spiritūs ad vitæ suæ tempora duntaxat, tandem ad Monasterium pro remedio animæ suæ, & suorum præcessorum debebat devolvi.

Annō 1391. seriā 4. in die *S. Luce Evangelista*, idem discretus Vir *Nicolaus Praſic*, censum suum annum, & perpetuum, ab omni Civitatis onere solutum, liberum, & exemptum in octo domunculis, & ipsarum areis, quæ habere noscitur, sitis in *Chudobicz* in Arce contra domum *Andree Suis* per ordinem, Deo dicatis Virginibus Abbatissæ, & Conventui Monasterij

naſterij Sancti Spiritūs, alias ad *Misericordiam Domini* in Majori Civitate, Ordinis S. Benedicti, rite, & inviolabiliter vendidit, eo pleno jure sicut ipſe ſolus tenuit. Acta Pragæ in Senatu Pragensi, Annō 1391.

Annō Domini 1392. die *S. Bonifacij* Episcopi, & Martyris, *Leonardus Plebanus S. Galli* Majoris Civitatis Pragensis, ob remedium animæ ſuæ unam sexagenam grossorum Pragensium censūs perpetui legavit ad Altare *S. Elisabethæ* ſitum in Monasterio Sanctimonialium ad *Misericordiam Domini* in Majori Civitate Pragensi, quod quidem Altare erectum, & dotatum dignoscitur, annuatim cum censu septem sexagenarum grossorum Pragensium, & oneratum septimanatim cum una tantum Missa de *Sancto Spiritu* legenda. Sic quòd Altarista ipſius Altaris pro tempore constitutus, ratione hujusmodi sexagenæ adjunctæ, & adauctæ, amodo duas Missas, unam de *Spiritu Sancto*, ut præmittitur, & aliam de tempore, prout gratiam habuerit, in dicto Altari legere tenetur, & debebit septimanis ſingulis perpetuis temporibus duraturis, sub poena unius grossi Pragensis, quam toties incurrire obligatur, quoties in dicta Missa septimanatim negligens fuerit, & remiſſus. Subscripti testes: *Joannes ad B. Virginem in Leta Curia*, & *Laurentius in Luna Plebanus*.

Qui autem Altaristæ, & Rectores Altaris prænominati *S. Elisabethæ* fuerint? ex his confirmationibus accipe.

Joannes Pomuk, Decretorum Doctor, Archi-Diaconus Zacenſis, in Ecclesia Pragensi Vicarius in Spiritualibus Reverendissimi in Christo Patris, & Domini Domini *Joannis Pragensis* Ecclesia Archi-Episcopi, Apostolicae Sedis Legati Generalis. Notum facio tenore praesentium universis, quòd Nos ad presentationem, & petitionem Nobilis Viri Domini *Joannis Senioris de Oborž*, in, & ad Altare *S. Elisabethæ* in Monasterio ad *Misericordiam Domini Majoris* Civitatis Pragensis, per liberam resignationem Domini *Leonardi ultimi*, & immediati ipſius Altaris Rectoris in manibus nostris factam, per nos receptam, & admisſam vacans, in quo prefatus Dominus *Joannes Ius Patronatus dignoscitur obtinere*, discretum virum *Jacobum Conradi de Müldorff Clericum Salzburgensis Diocesis*, proclamatione premijs Reptorem legitimum

mum instituimus, ipsumque de predicto Altari cum omnibus juribus, & proventibus suis investivimus, & presentibus investimus, curam, & administrationem spiritualium, & temporalium similiter commitimus, ipsum ad dictum Altare confirmantes. In cuius rei testimonium presentes literas fieri, & sigilli Vicariatus nostri appensione justissimus communiri. Datum Praga, Annō Domini 1391. die 14. Mensis Augusti. Itēm eodem Annō erat Nicolaus de Zebnicz, cui succedit Leonardus olim Altarista S. Bartholomei Ecclesiae Pragensis.

Annō 1396. Discretus Vir Hanus Sartor dictus Leygeb Civis Pragensis, super domo sua, & ipsius area, quam inhabitavit, sita in platea quā itur ad S. Ambrosum inter fossatum nostrae Civitatis ex una, & domum Eberardi pistoris parte ex altera, unam sexagenam grossorum Pragensium censūs annui, & perpetui, devotis Abbatissae, & Conventui Monialium Monasterij ad S. Spiritum legavit.

Annō 1399. Monasterij S. Spiritus erat Praepositus Stephanus.

Annō 1413. Legavit Dominus Wenceslaus tunc Plebanus in Oticz, olim præcentor Chori Beatæ Mariæ in Ecclesia Pragensi, Monasterio ad S. Spiritum quatuor sexagenas grossorum Pragensium censūs perpetui in Villa Skury, & in Tabulis Regni donationem factam intabulari, inscribique procuravit.

Abbatissa tunc temporis Monasterij ad S. Spiritum erat Margaretha, Priorissa Catharina, Supriorissa Dorothea, Cantrix Margaretha, Maruska coquinæ Magistra. Obligavit se Conventus, quod velint annuatim Anniversarium pro salute animæ illius celebrare, videlicet in die obitūs sui unum Anniversarium cum novem lectionibus, & die sequenti Missam defunctorum cum duabus lectionibus Missis, similiter decantando prout alijs solitum est fieri Beneficioribus suis; & hoc singulis annis perpetuis temporibus duraturis.



§. X.

§. X.

Cœnobium ad S. Spiritum à Taboritis diruitur. Annō 1420.

Quād misera fuerit facies in Regno Boëmiæ annō 1419. & annō 1420. præsertim Pragæ in excidio Monasteriorum, Zidek Catholicus author eorum temporum in suo Chronico M. S. affirmat: *In una Minore Urbe Pragensi sex ac triginta stetisse templa, quorum pleraque hoc tempore aut flammis deleta sunt, aut etiam manibus virorum, & feminarum dejecta, scilicet Strahovensem, Plaſſensem, S. Thome Eremitarum Augustinianorum, B. Virginis in pede Pontis Equitum Melitensem &c. Cœnobia ditissima, & S. Maria Magdalena de pœnitentia fœminarum in Augczd sub Petrino Monte.*

Involvit eadem calamitas etiam Vetero - Pragam, nam Monasteriis annis ab Hussitis destructa sunt templa, & Cœnobia, S. Benedicti Crucigerorum Prutenorum, Sancti Francisci, & S. Barbaræ utrumque Fratrum Minorum S. Francisci, Crucigerorum cum rubea Stella ponè ipsum Pontem Pragensem, &c. Tabernaculum à inter quæ etiam exustum, destructum, & ex toto eversum est Monasterium ad Sanctum Spiritum Ordinis S. Benedicti, ita ut hīc vix signum, ubi? & quomodo steterit? appareat, remanente tamen Ecclesiā.

Annō 1499. die Sabbathi ante festum S. Joannis Baptiste erat de nocte magna tempestas Pragæ, & fulmen incussum in turris Ecclesiæ S. Spiritus, & ejus tectum totum exussit, per cuius unam partem deciduam, multi sunt obruti & occisi. Hagek.

Regnante Rudolpho II. Bohemiæ Rege, & Imperatore, ipsum accesserunt Cives Pragenses Catholicī, sub una specie communicantes, conquerentes, quod Pragæ nullam habeant Catholicam Ecclesiam Parochiale, in qua possent curare baptizari suos infantes, contrahere matrimonia assistente Sacerdotē, & Parochio Catholicō, sepeliri corpora mortuorum, pestentes

Mona-
sterium
S. Spi-
ritus,
Mona-
sterio,
& Mo-
nasterii
ad antiquis temporibus semper fuerit filialis Ecclesia Mo-
bus ad
nasterij *Sancti Georgij*, & rogavit Regem, ut Monasterium *s. S. Ge-
orgij* penes sua Jura antiqua, & justitiam conservet. Et
in Ca-
stro
Prage-
nsi.
tentes à Rege templum, & Monasterium *S. Spiritus* Ordinis
Sancti Benedicti in Antiqua Urbe sibi concedi pro Exercitio Ca-
tholicae Religionis, postquam loci Abbatissa è vivis discesserit.
Id audiens Abbatissa *S. Georgij* *Juditba Eybenstoleriana de Eybenstol*,
Regem informavit, quod Monasterium, & Ecclesia *Sancti Spi-
ritus* ab antiquis temporibus semper fuerit filialis Ecclesia Mo-
nasterij *Sancti Georgij*, & rogavit Regem, ut Monasterium *s. S. Ge-
orgij* penes sua Jura antiqua, & justitiam conservet. Et
obligavit se prænominata Abbatissa *S. Georgij* pro conservan-
da fide Catholica, quod velit suis sumptibus Sacerdotem Ca-
tholicum, pium, & probum alere, qui indies in dicta Ecclesia
Sacrum celebraret, & Sacraenta administraret.

Tali autem conditione, ut prædicti Monasterij *Sancti Spi-
ritus* Bona, Villæ, proventus, & omnia ad illud pertinentia,
spectarent imposterum ad Monasterium *S. Georgij*, & in Eccle-
sia *S. Spiritus* habeat *Jus Patronatus*.

Consensit Rex, & Archi-Episcopus Pragensis *Martinus*,
aliisque Regni Proceres. Super quod speciale diploma Rex
Rudolphus II. edidit, Annō Domini 1589. Regni sui Bohemiæ;
Annō 14. Imperij 15. Hungariæ 18. die Sabbathi post Festum
S. Andreæ.



My

My Rudolff Druhý z Boží Milosti
wolený Ržimský Cýsař po wsecky
časy Rozmnožitel Ržisse/ a Vherstý/
Český/ Dalmatský/ Charwátský rč.
Král/ Arcy-Kníže Rakaušté/ Marg-
rabě Morawšté/ Lucemburšté a
Slezské Knižé/ a Lužický Margra-
bě/ rč. rč.

Wznamugem tímto Listem wsem / gakož sau před Nás před-
staupili/ Poctivj a Opatrny Měst. Městiané a obyvatelé
Měst Městských Pražských / pod gedenau spůsobu přigsmagichy/
wěrný milý / oznamujc nám w ponízenosti/ kterak by žádny Far-
nij a Katolický Bostel w těchto Městech Městských Pražských nebyl/
kdež by oni mohli swé Dítky pokřtiti dáti/ Manželstwo podlé na-
řízenj Čyrkwe Swatý Farářem Katolickým vtorzeno býti/ y také
pochowání swá w Bostelete y na Křchowě gmjti se wssy pokorau
Nás přitom prosýce / abychom ge w tak důležitý potřebě mi-
losti / a ochranau Městský Cýsařstvu/ rč. neopouštěli / nýbrž pro
wzdělanj a zvelebenj Měboženství a Wsry Swaté Katolické/
a k u nich pohodlj gim Blášter v Swatého Ducha řečený Ordin-
nis Sancti Benedicti, a w Starém Městě Pražském ležejcý (po-
němž by Abbatysse téhož Bláštera Smrtj časnau z toho Swě-
ta wykročila) milostiwě propugčiti/ a z mocnosti Městský Cýsařstý
gakožto Král Český takový Blášter Měboženství/ & exercitio
Catholicae Religionis, aby vném na budauj časy wždyčny žá-
dný a pobožný y překladný Katolický Kněz za Faráře chowán byl/
oddati a wysaditi ráčili. Na cíkolivo gest Nám Welebná Ju-
dyth Eybenstolerowa z Eybensstolu Abbatysse Bláštera v Swa-
tého Girs na Hradě Pražském Nám milá / s pokorau wznamost
vvedla/ že by dotčený Blášter v Swatého Ducha/ Filialis Eccle-
sia,

sia, nebolížto Cyrkička Blásstera Svatého Giřj od starodávna byla / a ona po smrti neboſky Abbatyſſe pravo a spravedlivost ēnemu před gedným každym gměla / snažně a s ponízeností. Nás tolíž prosýc abychom gi a Convent gegi při gjch prawě a spravedlnosti gakožto Pán Křestianský a spravedlivoy milostiwě žúſtawiti ráčili. A wſſak gest potomně na předkladání gi včiněnā ē tomu přistaupila / a dobrovolně se w to vvolila / že by pro vzdělání (gakž dotčeno) Výry Svaté obecnj a Katolické Měſtianum a ginjím obywatelum Pražským Čáboženství Katolického takový Bláſter / aby vñem ſlužba Boží každodenně náležitē držána byla/ a oni gisty a zwláſtnj Fary Rostel mjtí/ a tim se těſſyti mohli postaupiti / a nad to weyſſe na swág náklad Faráře a Kaplana gim wychowáwati chtěla : wſſak tak a na ten spůsob aby ona y budaucý Abbatyſſe a Convent Bláſteru Svatého Giřj na tom Bláſtere a giž budaucý Faře Prawo nebolížto Jus patronatū milý / a wěnice / dwory a co by tak vſcegi ktemuž Bláſteru náleželo a přiſluſſelo w drženj a pokognym vživánj / a tak přitom přiſsem absolutě zůſtawena byla.

A protož měwſſe My tu wſſectu wěc w bedlivým a dostatečným s nevywýſſými Aučedníky Žemſkými Království Čáſſeho Českého Radami Čáſſym vvwáženj a milostiwě toho ſſetřeſce a žádostiwi gsauce / aby w tak ſluſſny proſbě zpočátku pſanij Měſtiané a ginj Lide w Měſtech Pražských / pod gednau ſpůsobau přigimajcý oſlyſſáni nebyli / takto o tom z mocnosti Čáſſy Čeſké / a gakožto Král Český nařzovati ráčime / aby gménovazný Abbatyſſy v Svatého Giřj nyněgſſy y budaucý na témž Bláſtere Jus patronatū ſe wſſemi Statky a Duchody ēnemu přiſluſſegicým načem by ty koliw byli / a záleželi / nynj y na časy budaucý bez vmenſenj zauplna a docela zůſtawal / a Bláſter ten od dneſního dne Měſtianum a ginym Lidem Katolickým w těchto Měſtech Pražských za Faru wysazen byl. Tak aby často pſená Abbatyſſe v Svatého Giřj nyněgſſy y budaucý powinowana byla/ gim Faráře a Kaplana Lidi hodně/pobožně a přejkladně který by s milostiwau wůli / a wědomjm Čáſſym/ od Dúſtogného Martina Arcy-Bifſupa Pražského Raddy Čáſſy wěrného milého nynj též také s milostiwym wědomjm budaucých Čáſſych Brářů Českých

stých od budaucých Arcy-Bifſupův Pražských poddáni byli / na swág náklad náležitē (načemž by ſluſſně přeſtati a gakž by ſe o to ſrovnatí mohli) wychowati.

Chtjce tomu konečně aby při tomto milostiwým načjenj a takového Bláſteru w Faru wysazenj Měſtiané a ginj Katolický Lide w Měſtech Pražských ſwobodně a bezpečně nynj y w budaucý wěcný časy bez přeruſſení zůſtawenj a téhož Farního Rostela w vživánj byli. A protož přikazugem wſſem Obywatelum a Poddaným Čáſſym ze wſſech Stavův Království Čáſſeho Českého nyněgſſim y budaucým wěrným Čáſſym milým / abyste mnoho pſanau Abbatyſſy Bláſteru Svatého Giřj nyněgſſy y budaucý též také Měſtiany a obywately Katolický w Měſtech Pražských tolíž nyněgſſy y budaucý při tomto milostiwým načjenj/ a vſtawovenj Čáſſem Čýſářstvem gakožto Krále Čeſkého/gmeli/ drželi/ a neporuſſytedlně nynj y na budaucý wěcný časy zůſtawili/ a zanechali/ žadných gim w tom překážek nečinjce/ ani komu ginemu činiti dopauſtěgice pod vročkovánjim hněwu a nemilosti Čáſſy Čýſářské / Dědičův / a budaucých Čáſſych Brářů Českých. Tomu na Swědomj Pečet Čáſſy Čýſářstvau k tomu Listu ſme při wěſti rozkázati ráčili / dan na Hradě Čáſſem Pražském w Sobotu po Svatém Ondřegi / Léta Božího Tisycího pětistého osmdesátého devatého / a Království Čáſſych Rýmského Pátnactého / Vherſkého Oſmnactého / a Českého též Pátnactého.

Annō 1689. 21. Julij, in incendio Pragensi à Gallis cauſato, etiam conflagravit Ecclesia S. Spiritus, quam iterum Principiſſa S. Georgij Anna Mechtildis Schenweifiana restauravit.



§. XI.

*In Ecclesia ad S. Spiritum pro Animabus
Purgatoriij fundatur Congregatio, & à Summis
Pontificibus confirmatur.*

Tempore Clementis hujus Nominis VIII. Romani Pontificis, Regnante Augustissimo Imperatore Rudolpho II., Archi-Episcopo Pragensi Zbynkone Berka, per aliquos Catholicos piros, & devotos, in Ecclesia S. Spiritus ereta est Congregatio pro Animabus Purgatoriij, consentiente Juditha Eybensoleriana de Eybenschol Abbatissa S. Georgij, quae in prædicta Ecclesia speciale Altare erexit, & Confratribus, & Sororibus hujus Congregationis locum sepulturæ concessit.

**Confirmatio Statutorum Confraternitatis
Animarum Christi fidelium.**

PAULUS PP. V.

Ad futuram rei memoriam.

Plas Christi fidelium Confraternitates ad Charitatis, & pietatis opera exercenda Canonice institutas, ut in eorundem piorum operum exercitio magis confoveantur, specialibus favoribus, & gratijs prosequimur, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Officiales, & Confratres, Confraternitatis Animarum Christi fidelium nuncupatae in Ecclesia Sancti Spiritus Pragensis, ut afferitur, Canonice instituta, quod ipsi pro felici dicta Confraternitatis gubernio, & prospera directione nonnulla statuta condiderunt, pro quorum firmiori observatione, & validitate, illa Apostolica nostra Confirmationis robore communiri plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in premis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos

Nos igitur Officiales, & Confratres prædictos specialibus favoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliusque Ecclesiasticis sententijs, Censuris, & paenit. à Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicacionibus inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotijs Episcoporum, prepositorum consilio, statuta prædicta, dummodo tamen illa licita sint, & honesta, ac Sacris Canonibus, & Sacri Concilij Tridentini Decretis, ac Constitutionibus Apostolicis non aduersentur, ita tamen ut Officiales, & Confratres prænominati Nova statuta non condant, neque condita Sede Apostolica inconsultâ reforment, Authoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque omnibus, & singulis inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos tam Juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, caterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Pisatoris die XXII. Novembris, M. DC. XVI. Pontificatus Nostris Anno Duodecimo.

S. Card. S. Susannaæ.

H. dela Plume.



§. XII.

§. XII.

Indulgentiae pro eadem Confraternitate.

PAULUS PP. V.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cillum, sicut accepimus, in Ecclesia Sancti Spiritus Civitatis Pragensis, una pia, et devota, utriusque sexus Christi fidelium Confraternitas sub denominatione Animarum Christi fidelium, non tamen pro hominibus unius specialis artis, Canonice instituta existat, cuius Confratres, et Consorores, quam plurima pietatis, et charitatis opera exercere consueverunt.

Nos ut Confraternitas predicta majora indies suscipiat incrementa, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus utriusque sexus Christi fidelibus, qui dictam Confraternitatem imposterum ingredientur, die primo ipsorum ingressus, si verè pénitentes, et confessi Sanctissimum Eucharistie Sacramentum sumperint, plenariam : Nec non tam eisdem, et pro tempore describendis, quam jam descriptis in dicta Confraternitate Confratribus, et Consoribus, in cuiuslibet eorum mortis articulo, si verè pénitentes, et confessi, ac sacrà Communione refecti, vel quatenus id facere nequierint, saltē verè contriti, non men Iesu ore, si potuerint, si autem, corde devotè invocaverint, etiam plenariam : Ac eisdem nunc, et pro tempore existentibus Confratribus, et Sororibus, etiam verè pénitentibus, et confessi, ac eadē sacrà Communione refecti, qui predicta Confraternitatis Ecclesiam, vel Capellam, seu Oratorium in festo Pentecostes à primis Vesperis usque ad Occasum Solis festi hujusmodi singulis annis devotè visitaverint, et ibi pro Christianorum Principum concordia, heresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesia exaltatione, piis ad Deum preces effuderint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Insuper

Insuper dictis Confratribus, et Consoribus, etiam verè pénitentibus, et confessis, ac sacrà Communione refectis, Ecclesiam, vel Capellam, seu Oratorium hujusmodi in Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi, ac Annunciationis, et Purificationis Beatae Marie Virginis festis, nec non Commemorationis omnium fidelium Defunctorum respectivè diebus, à primis similiter Vesperis, usque ad Occasum Solis, dierum hujusmodi singulis annis devotè visitaverint, et ibi ut præfertur oraverint, quo die prædictorum id egerint, septem annos, et totidem quadragenas :

Quoties verò Missis, et alijs Divinis Officijs in dicta Ecclesia, vel Capella, seu Oratorio pro tempore celebrandis, et recitandis, seu Congregationibus publicis, vel privatis ejusdem Confraternitatis ubi vis faciendis interfuerint, aut pauperes hospitio suscepserint, vel pacem inter inimicos composuerint, seu componi fecerint, aut procuraverint, nec non etiam qui corpora Defunctorum tam Confratrum, et Consorum dictæ Confraternitatis, quam aliorum ad Sepulturam Ecclesiasticam associaverint, aut quascunque Processiones de licentia Ordinarij faciendas, Sanctissimumque Eucharistie Sacramentum, tam in Processionibus, quam cum ad infirmos, aut alias ubicunque, et quandcumque pro tempore deferetur, comitati fuerint, aut si impediti, Campana ad id signo dato, semel orationem Dominicam, et Salutationem Angelicam dixerint, aut etiam quinques Orationem, et Salutationem prædictas pro animabus Defunctorum Confratrum, et Consorum prædictorum recitaverint, aut peccatorum aliquem ad viam salutis reduxerint, et ignorantes Dei precepta, et ea quæ ad salutem sunt, docuerint, aut quodcumque pietatis, vel charitatis opus exercuerint, tales pro quolibet prædictorum operum, sexaginta dies de injunctis eis, seu alias, quomodolibet debitibus pénitentijs in forma Ecclesie consueta relaxamus. Præsentibus, perpetuis futuris temporibus valiturs.

Volumus autem, quod si alias Confratribus, et Consoribus premissa per agentibus aliqua alia Indulgentia, perpetuò, vel ad tempus non dum clapsum duratura, per Nos concessa fuerit, presentes nulla sint, itaque etiam, si dicta Confraternitas alicui Archi-Confraternitati aggregata jam sit, seu imposterum aggregetur, vel quaris alia ratione uniatur, seu etiam quomodolibet instituatur, priores, et quævis alia literæ Apostolicae, illis nullatenus suffragentur, sed ex tunc eo ipso prorsus

*prorsus nullæ sint. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die primâ Decembris, M. DC. XVI.
Pontificatus Nostri Annò duodecimo.*

S. Card. S. Susannæ.
H. dela Plume.

§. XIII.

Innocentius Papa XI. concedit Indulgentias ad Altare S. Ottilie ad S. Spiritum per septennium.

INNOCENTIUS XI.

Ad futuram rei memoriam.

*O*nium saluti paternâ charitate intenti, sacra interdum loca Spiri-tualibus Indulgentiarum muneribus decoramus, ut indè Fidelium Defunctorum anima Domini Nostri JEsu Christi, ejusque Sanctorum suffragia meritorum consequi, & illis adjuta ex Purgatorijs paenitentia ad eternam salutem per misericordiam perduciveant. Volentes igitur Ecclesiam Sancti Spiritus Civitatis Pragensis, in qua Confraternitas Mortuorum nuncupata Canonice instituta existit, & in ea situm Altare S. Ottiliae Virginis simili ad praesens privilegio minimè decoratum, hoc speciali dono illustrare, de Omnipotentis Dei misericordia, ac BB. Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ut quandocunque Sacerdos aliquis Secularis, vel Regularis Missam Defunctorum in die Commemorationis Defunctorum, & singulis diebus infra illam Octavam, ac feria, quartâ cuiuslibet hebdomada pro anima cuiuscunq[ue] Confratris, & Consororis dictæ Confraternitatis, que Deo in Charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad prefatum Altare celebrabit, anima ipsa de thesauro Ecclesia per modum suffragij Indulgentiam consequatur,

sequatur, ita ut ejusdem Domini Nostri JEsu, ac Beatisima Virginis Marie, Sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus à purgatorijs paenitentia liberetur concedimus, & indulgemus, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque; presentibus ad septennium tantum valituris. Datum Rome apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die XVI. Novembris, M. DC. LXXVIII. Pontificatus Nostri Annò Tertio.

§. XIV.

*Compendium Regularum Confraternitatis
Omnium Fidelium Defunctorum ad S. Spiritum,
quaæ sub nullo peccato obligant.*

I.

*Q*uoniam omni hebdomadâ die Mercurij, & Veneris in Ecclesia S. Spiritus apud Privilegium Altare Sacra pro confederatis defunctis Confratribus, & Consoribus celebantur, tenentur secundum possibilitatem omnes Confratres, & Consores Sacro interesse, vel alibi auditum, illud pro Animabus Purgatorijs Deo offerre; vel domi, vel in via existentes, Quinques Pater, Ave Maria, Credo, & Psalmum 129. De profundis, orare.

Si autem hâc hebdomadariâ devotione, & precibus aliquis nollet se occupare, & ipsi difficile, & onerosum videtur, hic poterit secundum suum libitum, & in recompensationem prædictarum precum, & orationum, annuè curare celebrari duo Sacra pro defunctis Confratribus.

II.

*O*mibus quatuor Anni temporibus, item in Commemo ratione fidelium Defunctorum manè ad cantatum Requiem, post prandium ad Exhortationem, Processionem, & Benedic-

Benedictionem debent Confratres, & Consorores convenire. In hiemali autem Angaria, quia die *S. Lucie* incidit festum *S. Ottiliae*, singularis hujus Confraternitatis Patronæ, Sacrum de festo *S. Ottiliae* debet celebrari. Quilibet Sacerdos huic Confraternitati incorporatus debet hâc prænominatâ angariâ hiemali pro defunctis Confratribus, & Consororibus unum Sacrum, & alterum secundùm suum libitum quacunque die intrâ annum celebrare.

Qui Sacerdotes non sunt, & sciunt legere, ad festum *S. Ottiliae*, septem Psalmos pœnitentiales cum Litanij, vel Rosarium, vel saltèm quinques *Pater, Ave, Credo*, & Psalmum 129. *De profundis* orare debent.

III.

IN Festo, & solemnitate *Sancti Spiritus*, & in Festo *Omnium Sanctorum*, Confessionem, & Sacram Communionem offerant pro Animabus Purgatorijs.

In Procesione in Solemnitate *Sancti Spiritus*, sicuti etiam infra Octavam *Corporis Christi*, in *Teynense Ecclesia* compareant Confratres, & Consorores.

IV.

IN funere Confratrum, Consorum, & Benefactorum præsentes orent: Ter *Pater, Ave Maria, Credo*, & Psalmum: *De profundis*, hâc adjectâ clausulâ: *Anima omnium in Christo credentium per misericordiam Dei requiescant in pace, Amen.* Tempore Sacri quilibet Confratrum, & Consorum oret devote quinques *Pater noster, Ave Maria, & Credo*.



§. XV.

§. XV.

Hujus Congregationis Confratres aliqui præcipui enumerantur, & quô anno ad Album se inscripserint, annotantur.

Ferdinandus Imperator, & Imperatrix Imperator.
Eleonora, Annô 1628.

Ferdinandus Imperator tunc huic Confraternitati donavit, 50. Imperiales.

Carolus Dux Lotharingiae, & Eleonora Regina Poloniæ, Duces.
Ducissa Lotharingiae.

Item *Leopoldus Dux Lotharingiae*.

Zdenko Berka, Archi-Episcopus Pragensis, annô 1597. Arch.
Carolus à Lamberg, Archi-Episcopus Pragensis, annô 1608. Episco-
Joannes Lobelius, Archi-Episcopus Pragensis.

Ernestus Adalbertus ab Harrach, Archi-Episcopus Pragensis, annô 1623. Factus deinde Cardinalis, denudò se huic Confraternitati inscrisfit, annô 1628.

Joannes Fridericus de Waldstein, Archi-Episcopus Pragensis, 1678.

Joannes Josephus, Archi-Episcopus Pragensis, annô 1696.

Simon Brosius Horsteinius ab Horstein, Præpositus Ecclesiæ Metropolitanæ Pragensis, Archi-Episcopus Trapezuntinus, Prior hujus Congregationis, annô 1595. Episco-
pi, &
Suffra-
ganci.
& alterâ vice se inscrisfit, annô 1627.

Y

Joannes

Joannes Dlauhovvesky de Longa Villa, S. Metropolitanæ Ecclesiæ Præpositus, postea factus Episcopus Milevitanus, & Archi-Episcoporum Pragensium Suffraganeus, anno 1668.

Thomas Joannes Pessina de Czechorod, Episcopus Samandriensis, & Metropolitanæ Ecclesiæ Decanus, 1678.

Jaroslans Comes de Sternberg, Episcopus Litomericensis, anno 1678.

Joannes de Miliczin, Episcopus Regino-Hradecensis, Dominus, & Baro de Talmberg, anno 1690.

Franciscus Antonius, Episcopus Exemptæ Ecclesiæ Neo-Stadiensis ex S. R. I. Comitibus de Buchain, anno 1698.

Vitus Abbas Straboviensis, Episcopus Hierapolitanus, Archi-Episcopi Pragensis Joannis Josephi Suffraganeus.

Georgius Bertholdus Pontanus de Preitenberg, S. Metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis Præpositus, anno 1598.

M. Martinus Pfeiferus, ab Heisberg, Decanus S. Metropolitanæ Ecclesiæ, Prior hujus Congregationis, qui obiit anno 1604. 18. Martij.

Wenceslaus Udalricus Taubnerus, SS. Theologiæ Doctor, S. Metropolitanæ Ecclesiæ Canonicus, anno 1630.

Joannes Franciscus Rasch, Præpositus Metropolitanæ Ecclesiæ, anno 1644.

Sebastianus Zbraslavvsky, S. Metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis, & Wissehradenensis, & Vetero-Boleslaviensis Canonicus, deinde factus Officialis, & S. M. Ecclesiæ Decanus, anno 1658.

Paulus

Paulus Axlar, SS. Theologiæ Doctor, S. Metropolitanæ Ecclesiæ Canonicus, & Prælatus, anno 1695.

Wenceslaus Bilek à Bilenberg, Officialis Archi-Episcopi Pragensis, S. Metropolitanæ Ecclesiæ Decanus, anno 1696.

Adamus Ignatius Mladota de Solopisk, S. Metropolitanæ Ecclesiæ Decanus, & ad Omnes SS. Præpositus.

Antonius Flamingus, Abbas Aulæ Regiæ Ordinis Cisterciensis Vicarius, & Commissarius Generalis, anno 1597.

Joannes Greiffenfels à Pilsenburg, Abbas Monasterij Sedlicensis, Ordinis Cisterciensis, anno 1628.

Maurus Rauczka, Ordinis S. Benedicti, Abbas ad S. Nicolaum Vetero-Pragæ, anno 1698.

Juditha Eybensstoleriana, ab Eybensstol, Abbatissa, anno 1597.

Anna Maria Justina Etlinka, 1651. deinde facta Principissa ad S. Georgium,

Sophia Albina de Helfmburk, Principissa, anno 1626.

Anna Mechtildis Schönwveisin de Eckstein, Principissa, anno 1678.

Francisca Helena Pyeroniana de Galliano, Principissa, 1696.

Adamus Gallus Poppl, Dominus de Lobkowicz, 1597. Comites, & Barones præcipi.

Guilielmus Comes Slavata, Regis Bohemiæ Supremus Cancellarius, anno 1628.

Jaroslans Borzita Comes à Martinicz, anno 1628.

Y 2

Adamus

Adamus Leopoldus Wratislauv, L.B. de Mitrowicz, S.C.
M. Consiliarius, & Districtus Podbrzzenis Capitanus, Dominus in Zduchowicz, anno 1652.
Aless Ferdinandus Comes Wratislauv de Mitrovicz, S.
C.M. Consiliarius, & Praeses Cameræ, anno 1661.
Franciscus Comes Wratislauv, Ordinis Melitensis Grandis
Prior, anno 1671.
Ferdinandus Franciscus Comes de Wrbys, anno 1700.
Adolphus Comes de Sternberg, anno 1703.

Et centum alij Præcipui Comites, Barones, Comitissæ, & Baronissæ, & alij Confratres supra aliquot milia in Albo Congregationis sunt inscripti.



§. XVI.

SERIES

Ducissarum, & Reginarum Boëmiæ, (quarum Coronandi Jus competit Celsissimæ Principissæ Ordinis Sancti Benedicti ad S. Georgium in Castro Pragensi,) pro Coronide hic additur.

BORZENA Prima Bohemicæ nationis Principissa, seu Du- I.
cissa, gentilis, uxor *Croci*.

NIWA Secunda uxor *Croci*, proceræ staturæ, & decoræ II.
formæ, peperit tres filias: *Kassam*, *Tetkam*, & *Libussam*. *Niwa*
deinde sepulta est in *Ctinowes*, penè primum Bohemicæ Ducem
Czechum, qui sinè prolibus obiit Annô Domini 661. & penè
maritum suum *Crocum*, qui mortuus est Annô Domini 709.
ætatis suæ Annô 86. sepulta.

LIBUSSA in Ducissam Bohemicæ electa est annô Domini III.
710. quæ deinde in maritum duxit *Przemyslum*, annô Domini 722. & ei filium *Nezamyslum* genuit annô Domini 726.
obiit *Libussa* annô Domini 735. & ante portam Arcis *Libicz*
(prout illa petiit) sepulta.

HRUBA, filia *Krasonowij* de *Botowicz*, decorâ facie, post IV.
mortem Ducis *Przemyslai*, filio ejus *Nezamyslio* in matrimonium
anno Domini 751. data, quæ ei anno 753. peperit filium *Mnata*, & diversis temporibus tres filias, scilicet:
Libkam, *Pohokam*, & *Slavenam*, deinde obiit anno 765. & in
sepulchro Ducum ante *Wissebradum* sepulta.

LIDOMIRA, secunda uxor Ducis *Nezamyslij*, filia *Petslavovij* de *Wolan*, ipsi Matrimonio juncta anno Domini 769. V.

Strzezyslawa, filia *Rabniowij* de *Hlazow*, Duci *Mnata* adhuc VI.
vivente ejus Parente Duce *Nezamyslio* anno 781. in Matrimonium data, post nuptias sponsæ Parens *Rabno* genero suo
Mnata multa dona ex auro & argento misit, quibus addidit
centum

centum vaccas, centum boves, & multos greges ovium. Quæ deinde anno 783. Duci *Mnata* peperit filium nomine *Wogenum*, & alterum nomine *Smyslibogium* anno 797. qui deinde ætatis suæ anno tertio mortuus est, & sub *Wissebrado* in loco sepulturæ Ducum, in *Hrobcze* sepultus. *Strzezyslawa* erat fæmina prudentissima, quæ aliquo tempore cum decem Virginibus ex suo gynæceo sèxum fæmineum in Regno Boëmiae rexit, & in monte *Suillo* habitavit, in quo nunc stat Arx Praegenis.

VII. *BANKA*, filia *Kwasowij* de *Zwolicz*, Duci *Wogeno*, anno 804. in matrimonium data, quæ ipsi anno 806. filium *Krzesomyslum* peperit (qui deinde tanquam primogenitus in Ducalem Sedem Parenti suo *Wogeno* successit,) & anno 807. alterum filium nomine *Wratislaum* enixa est, (qui deinde Dux *Lucensis*, seu *Zatecensis* factus est,) & anno 813. filiam nomine *Stybam*.

VIII. *LIBUSSKA*, filia *Rodmilij* de *Weleslawicz*, vivente Duce *Wogeno*, anno 827. in matrimonium data est Duci *Krzesomyslio*, quæ ipsi deinde alterò anno filium *Neklan*, & anno 841. in *Wissebrado* alterum filium, nomine *Nebyboſt* peperit. Hi ambo filij *Libuſſæ*, à *Krzesomyslio* ad Arcem *Radoſtin* pro educatione missi, & cuidam fideli servo, *Swietlo* dicto, unà cum prædicta Arce sunt concrediti, & extraditi. Ducissa *Libuſſka*, è contrà maritum *Krzesomyslium* humiliiter petiit, ut penè ipsam prænominati filij pro educatione in Arce *Wissebradensi* relinquantur, sed id obtinere non potuit. Quadam die Ducissa *Libuſſka*, Ducem maritum suum accessit, eumque humillimè petiit, ut filios suos *Neklan*, & *Nebyboſt* ex Arce *Radoſtin* in Arcem *Wissebradensem* reduci curet, & dixit, se varia somnia præcedentibus noctibus habuisse, addiditque: Si tu o Dux, & marite charissime, in sequentem annum filios tuos in Arce *Radoſtin* reliqueris, certus esto, quod sanguis tuus, & stemma turpiter perire debet. Dux motus his uxoris suæ precibus, sicuti etiam minis, curavit prænominatos suos filios ex Arce *Radoſtin*, in Arcem *Wissebradensem* adduci, quos *Libuſſka* Mater cum summo gaudio suscepit. Nam illo tempore *Neklan* erat ætatis

ætatis suæ annorum quindecim, & *Nebyboſtus* quatuor. Altero mox anno, quidam nomine *Bloboy*, invidiâ, & maliitia superatus ac vietus, nocturno tempore curavit prænomina natam Arcem *Radoſtin* succendi, in qua prænominatus *Swietlo*, cum uxore, prolibus, & familia sua est combustus. Et cùm propter hoc facinus, non voluerit *Bloboy*, coram Duce comparere, voluit ipsum Dux in hac Arce *Radoſtin* expugnare. Videns *Bloboy*, quod Dux appropinquet, fortiter se, cum uxore, & filijs suis in Arce occulit, Arcem jam iterum ædificatam, denud accedit, in quo incendio ipse, uxor, & filii perierunt, & qui alijs per ignem nocuit, ipse etiam in illo periret. Unde ab illo tempore lex in Bohemia lata est, ut incendiarius omnis comburatur. *Libuſſæ* filius *Nebyboſt* ætatis suæ anno septimo in *Wissebrad* est mortuus, & in sepulchro Ducum sub *Wissebrad* sepultus.

IX. *PONISLAWA*, filia *Bikolij* de *Wolffene*, post mortem *Krzesomyslij*, filio ejus *Neklano* Duci in uxorem à primoribus Regni anno 852. fuit adducta, quæ alterò anno ei peperit filium *Heslavitum*, & deinde alterum *Mſlibogum*, vel ut alij ipsum vocant *Ctibobum*.

X. *MIOSLAWA*, Virgo pulchra, & decora, *Hroboslai* ex *Dworecz* filia, Duci *Hoslivito*, post mortem sui Parentis *Neklani*, anno 873. in uxorem data, quæ ipsi alterò anno peperit filium *Borziwogium*, & deinde plures.

XI. *LUDMILLA*, filia *Slawiboris Comitis de Mielnik* adhuc pagani, & *Lidostlave* filia, *Borzivojo* Bohemorum Principi nupta, *S. Methudium* Magistrum fidei Christianæ accepit, qui eam *Mielnicij* cum Patre, & fratribus sacris aquis abluit. Peperit *Borzivojo* duos filios *Spitibnaum*, & *Wratislaum*. *Ludmilla* jam baptizata, deflere quotidie priorem suam idolatriam cœpit, ad verum Deum de genibus diu, noctuque, ad multam diem in Ecclesijs perstitit, & oravit, pauperum curam gessit, à quibus *Mater* appellabatur; virtutes omnes, præcipue quæ Matronas decent, exercuit, & coluit, confractis dæmonum simulacris (quæ varijs metallis constabant,) quidpiam eri *Corinthio* simile cùm profluxisset, varia inde Templis (præcipue *Mielnicensi*, & *Boles-*

& Boleslaviensi,) donaria misit. Pertæsa deinde res humanas, Wratislao filio commendatâ Bohemiæ gente, unâ cum Conju-
ge, & Paulo Sacerdote sene in Tetinensem solitudinem se se ab-
didit, Deo uni serviens, & inhærens. Quomodo deinde ibi
Martyrio affecta, mox dicetur.

XII. *DRAHOMIRA*, Virgo valde pulchra, filia Brzoslavij ex Arce Luticz, seu Zatecensi, Wratislao Duci Bohemiæ Christiano, filio Borzivogij, & B. Ludmilla anno Domini 907. in Matrimonium data, quæ genuit filium S. Wenceslaum, deinde Boleslaum, ac postmodum filiam Przibislavam. Hæc Drabomira, dum nuptura duceretur, promisit Christi fidem, quam postea contempsit. Ex hac viperina Matre genitus est (ut dixi) Sanctissimus filius, velut ex senticeto rosa, D. Wenceslaus. Hunc S. Ludmilla Avia, adhuc à matre rubentem unâ cum nutrice Christiana Tetinum ad se ferri impetravit, & annis ferè decem, (mortuo nuper Borzivojo conjugi,) vidua secum habuit, quotidie ad omnem pietatem conformans; dum denique ad Scholas Budencenses erudiendus à Patre mitteretur, nova deinde rerum in Principatu mutatio ex morte Wratislai Principis: is moriens Ludmilla Matri Bohemiam, & rem Christianam commendârat; hoc iniquissimè ferens Drabomira, foemineâ impotentia, dolens maximè idola sua contemni, & Ludmilla studio fidem Christianam longè, latèque propagari, Socrum suam decrevit interficere. Instante exitij die, quem Divinitus prænoverat Ludmilla, vocatis clientulis mercedem persolvit, & quod supererat, in pauperes suâ manu distribuit. Remotis deinde arbitris, confessione apud Paulum peractâ, auditio sacro, accepto que Eucharistiae viatico, vitæ suæ finem impensè Deo commendat, cùm ecce duo à Drabomira missi Proceres Ethnici Tuman, & Kuman, à Ludmilla pridie convivio excepti, nocte in tempestâ in cubile irrumpunt, & orantem elisis fauibus velo capitis suffocant. Drabomira insuper curavit Christianorum tempa succendi, Christianos trucidari, & necari, & Boleslaum in necem fratris sui Divi Wenceslai animare non cessavit, donec ille facturum se jurejurando promisisset, & Fratrem occidisset. Et cùm tamen non cessaret Christianis esse gravis, brevi mortis genere

genere horribili, dum Luticum, seu Zatecium per Pragam, & vicum Poborzelec dictum pergeret, multaque adhuc in perniciem Christianorum mente volveret, repente terræ hiatu absorpta perijt. Ab hinc mansit locus ille maledictus & execrabilis, & primò sepibus tantum circumdatus, postea columnâ lapideâ, ut tanti prodigijs publicum extaret monumentum, signatus.

BRZENA, seu Bozena, filia Krayslawij de Stockow, Boleslai Sæ-
vi uxor, anno Domini 929. primum filium peperit, Strachi-
quas nomine, in cuius lustrico convivio, occisus est Divus Wen-
ceslaus, deinde duos filios, scilicet Boleslaum Pium, & Christianum, qui deinde Monachus factus Ordinis S. Benedicti, & filiam Miladam, seu Mariam, quæ deinde facta est Antistita ad S. Georgium Ordinis S. Benedicti. Hæc prænominata Bozena Boleslai parricidæ conjux à febribus gravibus ad tumulum San-
cti Wenceslai Vetero-Boleslavia est liberata, nam ei adsuit Mar-
tyr eo prorsus habitu, quem vivens gesserat, ut agnoscit pos-
set, dataque manu crucem (ut, qui apud Christianos bene-
dicunt, solent) efformat; Bozena maximâ significatione ho-
noris gratias agens, febrem amittit. Vide P. Balbinum in Epi-
tome rerum Bohem. lib. I. cap. XI. fol. 91.

HEMMA Ducissa, Ducis Boëmiæ Boleslai II. cognomen-
to Pij uxor, sanctis moribus mulier, peperit marito suo duos
filios, scilicet Wenceslaum II. qui febri obiit in sua infantia, &
Boleslaum III. cognomine Lenis, qui deinde Dux Bohemiæ fa-
ctus est. Boleslaus II. dictus, Bohemiæ Princeps, anno 999.
7. Februarij è vivis excessit, postquam duos & triginta annos
regnâisset; aderat morienti uxor Hemma, quæ deinde vidua piè
obiit anno Millesimo sexto, & in Ecclesia S. Viti in Arce Pra-
gensi sepulta, supra cujus tumulum tale latinis literis inscrip-
tum fuit Epitaphium :

*Quæ fuit ut gemma, vilis jacet en cinis Hemma,
Dic precor huic anime, da veniam Domine.*

CZEMISLAWA uxor Ducis Boleslai III. ex qua genuit fi-
lios, scilicet : Jaromirum, & Udalricum.

xvi. *STRYZKA*, Duxis Jaromiri uxor. De qua scribunt Historici, *Dubravius*, *Hagecius*, *Balbinus* in Auctario I. cap. 3. Historiae S. Montis, fol. 19. anno Domini Millesimô tertio, *Jaromirius Bohemæ Princeps*, dolô in venatione à *Wrosvicensibus*, occendis Bohemæ Principibus natis, captus, denudatur, in pedibus & manibus constringitur, ad quercum alligatur. *Jaromiri conjux* (*Strzyzka nomine*) in thalamo Regio Pragæ relata, statim post maritum, à *S. Joanne Baptista* aspectabili specie apparente monetur, Principi periculum parari; proinde si salvum esse cuperet, Equites post maritum mitteret, qui labrato & periclitatu de vita, adferrent auxilium, cætera sibi curæ fore. Ducissa raptis, quæ poterat vestimentis, lecto se ejicit, scamineis clamoribus replet omnia; idem agunt familiares Puellæ, clamor in totam Urbem funditur, cùm idem hoc semper *Strzyzka* clamaret. Promptiores ex Aulicis & Pragensibus Equos properè concidunt; colligitur manipulus fere Equitum quinquaginta, & quod venaturum ivisse Principem suspicabantur, concitato cursu feruntur. Interim Princeps ad arborem alligatus quercinam, à *Wrosvicensibus* sagittatur, & dum eō rerum articulō vitam commendabat suam, *S. Joannem* ad se multa cum luce descendenter videt, qui tela omnia volantia, quæ conjurati mittebant, camelō suo prætentō excepit. Dum sic in vitam Principis ludunt perfidi, eumque mori ex vulneribus credunt, adest inexpectatus *Horwora* fidissimus Principi venator, qui per stratagema, donec advenissent Pragenses, conjuratos Wrosvicenses detinuit; illis advenientibus, tredecim Wrosvicenses capiuntur, duro carcere clauduntur, Pragæ in Urbis medio capite plectuntur, & Princeps liberatur, adoratione præmissâ in equum reponitur, & cum lætitia Pragam ad Conjugem suam *Strzyzkam* reducitur.

xvii. *BOZENA*, seu *Beatrix* Principis Bohemæ *Udalrici* uxor. De qua ita scribit *Dubravius* Historiae Bohemicæ lib. 7. fol. 47. anno 1007. *Udalricus* nè absque uxore planè solitarius agebat, initio statim Principatus, animum ad matrimonium appulit, sed aliquamdiu incertum, undénam conjugem sibi petet? quandoquidem externa in Germania, in qua magnam ætatis

ætatis partem contrivit, nescio quare non satis placebant gynecea, & domi nulla talis extabat sponsa, cum qua pro dignitate sponsalia contrahi posse viderentur. Evenit forte, ut à venatu revertens, in pago *Opuczna* incideret in puellam rustici cuiusdam hominis filiam, linteolorum tunc fordes ad fontem eluentem. Hujus specie pellectus, adequitat propius, illamque intuens alloquitur familiarius, ac mox cæco adeò capitur igne, ut nec dignitatem eam, quam sibi paulò ante in consilium de uxore ducenda advocaverat respiciendam, nec quemquam prorsus hominem sibi audiendum putaverit, qui aliter quam per nuptias hasce puellæ, ignem haustum extinguendum suaderet. Jocatus inter dissuasores, se unâ nocte effecturum, ut quæ heri virgo rustica fuerit, eadem cras fieret Princeps mulier, quoniam Principis uxor eadem gauderet cum marito dignitate. Extra Aulam tamen, impar hoc conjugium fugillatione haud carebat, præsertim in coetu Matronarum nobilium, procaciter ignobilitatem *Beatrixis* incessantium. Sed brevi à nuptijs tempore, *Beatrix* tantum generosæ indolis specimen, tum morum elegantiâ & modestiâ, tum verborum comitate & civilitate, tum vitâ denique castâ & pudicâ ostendit, ut non in minorem sui admirationem, quam prius in invidiam, Matronas etiam nobilissimas converterit. Ea primô statim Matrimonij anno filiolum peperit, quem *Heliardus Pragensis Pontifex*, qui in locum *Theodati* cooptatus est, aquis lustravit, tinxitque Christate, ac nomine *Brzetislai* tinctum nominavit, ipso Parente accessione filij adeò exhilarato, ut diem lustricum publico convivio, choreis, hastarum concursu, donativo, concelebraverit. Hæc citatus *Dubravius*. Anno 1052. *Bozena*, seu *Beatrix* piissima Matrona, cujus probitatem & pietatem mirificè extollit *Hagecius*, vitâ excessit, neque alibi, quam in amata *Vetero-Boleslavensi* Ecclesia voluit sepeliri.

JUDITH, seu *Jutha*, *Othonis Alberti cognomine Candidi* Co- xviii. mitis, ex Regio sanguine stirpem suam deducentis filia, uxor Ducis Boemæ *Brzetislai*. De cuius Matrimonio ita scribit *P. Balbinus S. J.* in Epitome rerum Bohemicarum libro 3. cap. 1.

fol. 160 *Brzetislaus, Bohemia Achilles appellatus, cùm jam ætas adulta posteritatis curam suaderet, forte quodd ex ignobili (quanquam honestissima, & pulchritudine, ac moribus Principe dignis, præstantissima) Matrona Bozena Domarodi Agricolæ filia genitus, repulsam vicinorum Principum timeret, ipse sibi conjugem quærere, & si aliter negaretur, rapere constituit. Educabatur (ut tum Regiæ Virgines solebant) in *Zwinbrodiensi*, Deo consecratarum Virginum Collegio, prædicta Virgo *Judith*, seu *Jutba*, nobilitate suâ ob mores, ingenium, formamque dignissima, ea ferebatur in primis; hanc *Brzetislaus*, etsi visam nondum, ipsâ difficultate, ut sæpe fit, incensus, sibi quæsivit; obstabant, quicunque obstare poterant; ut agere vtabatur, sponte venturam in manum, spes non erat; quid ageret? triginta fidissimos, juxta & fortissimos juvenes, Procerum Bohemorum filios (quos inter *Paprocius* unum aliquem ex *Hasenburgica* gente fuisse tradit) de legit, in *Bavariam*, consensis equis feruntur; diu ad aspectum, nedum ad colloquium penetrare licuit; muneribus deinde *Cœnobio*, & quibusdam Virginibus, quæ multum poterant, missis, brevi magnus *Cœnobij Patronus* habebatur. Fortè itâ evenit, ut ad vespertinum officium adolescentiores Virgines, signum campano ære daturæ, in templum descendere juberentur; (ac fortasse proditione confectum negotium est;) eam occasionem natus *Brzetislaus*, Virginem non multum relutantem rapit, déque templo propere se se ejicit. Fit clamor continuo, *Cœnobij* Satellites concurrunt; quidam (subito & salutari in repentinis periculis consilio) ultimæ portæ catenam ferream, quæ in portis pendere solet, prætendit; & jam equum cum Virgine concenterat *Brzetislaus*, strictoque ensè viam sibi per multa impedimenta, & obstantes Satellites faciebat, cùm ad catenam grandem illam, & ut itâ dicam decumanam pervenit; eam igitur ensè librato tanto impetu percussit, ut medium divideret; detinebant interim Satellitum cæteri, Principis Comites, ac tandem postquam effugisse tutò credere poterant, & ipsi fugæ se tradunt, ac Dominum asséquuntur. Ubi primùm *Pragam* per ventum est, Episcopus *Iso* legitimo connubio Virginem voluntatem *Wratislao* conjunxit.*

Raptum

Raptum *Jutba*, Cæsar *Conradus II.* ulcisci statuit, & Boëmiam cum ingenti exercitu invasit; *Jutba* inter acies processit, & pacem fecit. Vide *Dubravium* librō septimō Historiæ Boëmicæ fol. 49. Post hæc & aliquot dies peperit *Jutba* filium *Spitibnaum*, postea *Wratislauum*, *Conradum*, *Jaromirum*, & *Othonem*.

Annô 1055. 10. Januarij, *Brzetislaus* Bohemiæ Dux *Cbrudimij* decepsit è vivis, in Testamento *Spitibnaum* Bohemiæ Ducem nominavit; *Wratislao* Olomucensem, *Conrado* Brunensem, *Othoni* Znoymensem Ducatum attribuit, *Jaromirum* natu minimum Episcopum Pragensem post *Severum* designavit, & Civitatem *Regino-Hrædecium* cum quibusdam latifundijs adjectit.

Quemadmodum Parens inter filios hæreditatem distribuerat, sic partem quisque suam ab ipso funere adiit, totum autem Bohemiæ Principatum *Spitibneus* solus possedit, à puero statim hominibus Germanis infestissimus, edictum dedit contra Germanos, ut triduo solum vertant, nè Matre quidem exceptâ. *Judith* ergo à filio contempta, Petro Regi Hungariæ, nuper ab incolis Regno pulsò denupsit, ac post ejus obitum in Moraviam se ad alios filios contulit, pietati & religioni ibi dedita. Fundavit *Lucense* Monasterium ad *Znoymam*. Piè obiit annô 1058. vel ut habet *Dubravius*, annô 1059. sepulta in *Lucensi* Monasterio à se ædificato, cujus corpus deinde filius *Spitibnaus* transferri curavit ad Ecclesiam Pragensem Di vi Viti, & sepeliri penè corpus *Brzetislai*.

ARABONA, WRATISLAO II. prima conjux fuit, Matrona XIX. nobilissima cum prole extincta; altera *Adleta Andree* Hungariæ Regis filia, ex qua filias duas *Juditham*, & *Ludmillam*, filios duos *Brzetislaum* juniorem & *Wratislaum* qui puer extinctus est, suscepit; tertiam *Swatavam* Casimiri Poloni filiam (quæ prima fuit Regina Bohemiæ, & quatuor filios Regiæ indolis, *Boleslaum*, *Borzivojum*, *Wladislaum*, & *Sobieslaum* viro attulit,) postea duxit. Cæsarlis jussu *Engelbertus*, *Gilbertus* vel *Tudertus Trevirensis* Archi-Episcopus *Pragam* à Cæsare missus est, qui *Wratislauum* hujus nominis II. in Ecclesia S. Viti annô 1086. in Junio in festo S. Viti, unà cum uxore *Swatava* coronavit.

WALPUR.

xx. *WALPIRGIS* germana, foemina leđissima, uxor *Conradi I.* filij *Brzetzislai*, *Marchionis Moraviae*, *Ducis Brunensis*, & deinde etiam *Znoymensis*, quæ dexteritate sua, & facundiâ marito suo *Conrado* veniam & gratiam impetravit apud Regem *Wratislauum II.* Mortuo *Wratislao II.* Rege primo Boëmiæ in Ducatum Boëmiæ successit *Conradus I.* sed non regnavit nisi VII. Mensibus, & XVII. diebus.

xxi. *LUCRETIA*, seu *Lukarda*, *Alberti Comitis Rheni* filia, vel ut alij scribunt Soror, jam vidua, anno Domini 1094. Matrimonio juncta est *Brzetzislao II.* Duci Bohemiæ, primogenito filio Bohemiæ primi Regis *Wratislai II.* qui *Brzetzislau II.* non Parenti *Wratislao*, sed Amico suo *Conrado I.* in Regno successit. *Lucretia*, *Brzetzislao II.* genuit duos filios, scilicet *Wladislaus*, & *Wlastislaus*.

xxii. *HELBIRGIS*, seu *Weyrberg*, uxor *Borzivoij II.* *Ducis Boëmiæ*, quarti filij *Wratislai* Regis, fuit filia *Lipolti Marchionis Austriae*.

xxiii. Uxor *Wladislai I.* *Ducis Bohemiæ* (nomen ignoratur) erat filia *Henrici IV.* Cæsar, & Soror uxor *Othonis II. Marchionis Moraviae*, qui ad *Cblumecium* in Bohemia in prælio anno 1126. occubuit.

Wladislaus I. quintus filius primi Bohemiæ Regis *Wratislai* obiit anno 1125. 12. Aprilis, *Cladrubium* ad Coenobium Beatisimæ Virginis, quod *S. Benedicti Religiosis* filijs extruxerat, devectus. *Wladislaus I.* Princeps reliquit filium cognominem *Wladislaum II.* (postea Regem Bohemiæ) tum *Henricum*, ex quo *Czerniniorum* Illustrissima stirps delcendit, denique *Theobaldum*, à quo *Sswikovij* descendunt, & unicam filiam *Swaravam*.

xxiv. *ADLETA*, *COLMANNI*, seu *Almus* Hungariæ Regis filia, uxor *Sobieslai I.* *Ducis Bohemiæ*, filij sexti *Wratislai* Regis Bohemiæ. *Sobieslaus I.* Dux Bohemiæ obiit anno 1140. Mense Martio, Pragam devectum ejus corpus, & in *Wissebrad* apud Patrem *Wladislaum* Regem tumulatum. *Adleta* uxor, eodem anno Mense octavô post obitum mariti sui *Sobieslai I.* è vivis dececessit, penes ipsum in Ecclesia *Wissebradensi* sepulta. Hæc genuit

genuit filios, scilicet: *Wladislaum*, quem anno 1128. in festo Paschatis de sacro fonte baptismatis levavit *Cæsar Lotharius*, obiit citius hic *Wladislaus*, quām Parens *Sobieslaus I.*

Itèm genuit filium *Sobieslaum II.* *Udalricum tertium*, cuius deinde uxor erat *Luciana*, filia *Othonis*, cognomine *Divitis*, *Marchionis Misniae*, ac demum tertium filium *Wenceslaum II.* ac filiam *Mariam*, quæ *Leopoldo V. Marchioni Austriae S. Leopoldi* filio nupsit.

GETRUDIS, filia *Conradi III.* Cæsaris prima, uxor *Ducis Bohemiæ Wladislai II.* quæ genuit filios, scilicet: *Fridericum*, *Swatoplucum II.* & *Albertum*, & duas filias, *Helenam*, & *Agnem*. *Getrudis Doxanense* Monasterium pro Sacris Virginibus Ordinis Præmonstratenis fundavit, obiit anno Domini 1151.

JUDITHA secunda uxor *Wladislai II.* *Ludovici III. Thuringie Landgravie* filia, Virginibus *S. Benedicti Cœnobium Teplicij* ad Thermas excitavit (ubi nunc arx visitur) & ipsum ditissimum. Itèm ædificavit Pontem Pragensem, qui deinde per exundationem aquarum ruptus est. Hæc genuit duos filios, *Przemyslaum*, & *Wladislaum III.*

ELISABETHA FRIDERICY *Ducis Bohemiæ* coniux, *Geise Regis Ungarie* filia; hæc *Neo-Praga* penes portam *Suillarem* in loco qui *Bogisstie* dicitur in honorem *S. Joannis Baptiste* Templum, domumque ædificavit, quam cum Templo *Rhodijs Equitibus* donavit.

ADELA, vel *Abda Othonis Divitis Marchionis Misnenis* filia, seu (ut habet *Spondanus*, & *Crantzus*, Soror) uxor *Przemyslai Ottokari I.* Regis Bohemiæ uxor, quam *Przemyslaus Ottokarus* repudiavit anno 1199. &

CONSTANTIAM BELÆ III. *Ungarorum Regis* filiam duxit in uxorem. Hæc erat pia & devota Matrona, quæ *Crucigeros cum rubea Cruce*, in *Hlaupetin* pagum tribus quadrantibus milliaris Pragâ distantem, quem pro ipsis emit, introduxit, & ibi primùm eos fundavit, quos deinde illa eadem Regina Bohemiæ *Constantia*, anno 1233. ad Pagum *Porzicz* (ubi nunc est pars Neo-Urbis Pragensis) transtulit, proque illorum habitatione à Fratribus *S. Maria Domus Teutonicorum* in Pago *Porzicz*

Porzicz Villam, cum adjacente Ecclesia SS. Petri & Pauli emit, quam illi postliminiò suis sumptibus ampliarunt, & penes illum Hospitale pro alendis pauperibus ædificarunt. Hæc Constantia Regina Przemyslao Ottokaro Regi marito, quinque proles genuit, scilicet Wenceslaum Regem, qui Patri anno 1228. successit, Przemyslau Principem Olomucensem, qui sinè hereditibus obiit; Bozislavam Ulrici Carinthia Ducis deinde uxorem, & Agnetem Cæsaris Friderici II. conjugio spreto, S. Clare institutum amplexam, & Annam Henrici Probi Principis Lignicensis conjugem.

B. Agnes Virgo, Regis Przemyslai & Reginæ Constantie filia, quæ jam ædificaverat Pragæ Monasterium Sancte Agnetis pro pauperibus Domicellis, & Religiosis Virginibus Clarissimis, etiam pro Crucigeris cum rubea Stella Pragæ ad pedem Pontis Ecclesiam honori Spiritus Sancti, & Hospitali S. Francisci Seraphici cum Fratre suo Wenceslao Rege Boëmiæ anno 1234. construxit, & illos eò induxit.

Annô 1235. Constantia vidua Regina Bohemiæ, Mater B. Agnetis, pro hoc Hospitali S. Francisci ad pedem pontis tradidit, & addidit certa Bona, scilicet pagum Boroticz, Rybnik, non procul Pragâ distantem, cum Ecclesia S. Stephani, ubi nunc major, & amplior Neo-Pragæ videtur Ecclesia S. Stephani, & hic locus hodie vocatur na Rybničku / cuim omnibus fundis, sylvis, pratis, rivis, hominibus, & omnibus Juribus, & attinentijs ad ipsos pagos spectantibus, ut & duos alias pagellos Zupanowicz, & Draffeticz.

Annô 1240. obiit Constantia Regina, Hospitalis ad pedem Pontis Pragensis benefactrix, duorum Coenobiorum in Moravia, Tiffnoviensis, & Oslovianensis, in quo Sacræ Virgines Cisterciensis Instituti degebant, Fundatrix. Hæc tumulata est Tiffnovia.

XXX. CUNEGUNDIS conjux Wenceslai I. Regis Bohemiæ, filij Przemyslai, Ottokari I. coronata est cum prænominato marito suo Wenceslao I. Ottokaro Luso anno 1228. Pragæ à Sifrido Archi-Episcopo Moguntino. Erat Cunegundis Philippi Cæsaris Ducis Sueviæ filia, quæ marito suo dotem, scilicet decem millia

millia marcarum argenti pro ea parte Svevia, quæ jure hereditario ad eam fuerat devoluta, attulit, & prænominatam summam anno Domini 1235. à Friderico II. Cæfare accepit. Obiit Cunegundis Regina anno Domini 1248.

MARGARETA Austriaca, ingentis animi foemina, prima uxor Przemyslai Ottokari II. Regis Bohemiæ glorioissimi, filij Regis Wenceslai I. ob sterilitatem à marito Przemyslao Ottokaro II. anno 1261. repudiata est, neque ob id solùm, sed quod, ut ait Pulkava, Treviris Parthenonem Sacrum Prædicatorij Ordinis post Henrici Cæsaris mortem ingressa, cælibem vitam professa diu fuisse, quod postea cognitum est.

CUNEGUNDAM filiam Rosilai, vel Hostislai Russiæ Regis (Weleslavinus habet Bulgaria Ducis) Neptem Belæ Ungariæ Regis, Pontifice annuente, Moguntinò Archi-Episcopò caufam prius cognoscente, Rex Bohemiæ Przemyslaus Ottokarus II. duxit uxorem. Hanc unà cum Rege, hoc ipso anno 1261. die Nativitatis Domini, Wernerus Moguntinus Archi-Episcopus Pragæ coronavit. Hæc Cunegunda marito suo Przemyslao Ottokaro peperit filium nomine Wenceslaum, qui post Patrem regnavit, filiam Agnetem, quæ Rudolfi I. Cæsaris filio Rudulfo nupsit, ac Cunegundam, quæ Christo Virginitatem suam in Coenobio S. Clarae consecravit, ac postea Rege Fratre Roma impetrante, exire coacta, & Duci Masoviæ in conjugem data, plures cum eo suscepit liberos, donec maritò mortuò reveria, Pragam in S. Georgij Parthenonem concessit, religiosamque vitam denuò amplexa, maxima Antistes, Abbatissam illæ vocant, evasit.

Prænominata Cunegunda Regina Bohemiæ, secunda conjux Regis Bohemiæ Przemyslai Ottokari II. anno 1252. donavit Ecclesiæ Wissbradensi Jus Patronatus in Budecz cum omnibus suis attinentijs. Post cædem Regis Przemyslai Ottokari II. quæ contigit anno 1278. 26. aut 27. Augusti, Otto Marchio Brandenburgensis, Przemyslai Regis occisi affinis, parvulum Regem Wenceslaum, filium Przemyslai Regis, velut captum in Arce Bezdiezij cum Matre Regina Cunegunda clausit.

Regina Cunegunda post ocellum suum maritum Przemyslau Ottokarum II. in prælio, vidua, duxit in maritum Zavisum

sium Rosensem de Falckenstein, ex quo peperit filium *Joannem*, qui deinde *Strakonæ Grandis Prior* est factus; obiit prænomina *Cunegunda*, anno 1285. & *Vetero-Pragæ* in Ecclesia *S. Francisci* sepulta.

XXXIII.

GUTTA, vel *JUTTA*, seu *BENIGNA* (quidam Juditham appellant) *Rudolfi I. Cæsar*is filia, uxor *Wenceslai II. Regis Bohemiæ*, *Regis Przemyslai Ottokari II.* filij uxoris, cum marito suo *Rege Wenceslao II.* anno 1297. ab Archi-Episcopis *Moguntino Gerardo*, & *Magdeburgensi Burchardo* *Pragæ* coronatur, quæ jam *Wenceslao II.* nupsit anno 1285. *Papa Bonifacius VIII.* concessit, ut quisquis Regem *Wenceslaum II.* & Reginam *Guttam* peccata confiteri audierit, ab omnibus censuris absolvat. *Regina Gutta*, vel *Juditha* brevi post Coronationem eodem mense post 17. dies, 18. Junij, sex prolibus relatis, extinguitur; peperit *Wenceslao II.* filium nomine *Wenceslaum*, filias: *Annam*, *Margaretam*, *Elisabetham*, *Agnetem*, & *Gitkam*. Sepulta est *Pragæ* in Ecclesia *S. Viti*.

XXXIV.

RISCHA, seu *ELISABETHA*, *Przemyslai II. Poloniæ Regis filia*, uxor secunda *Regis Boëmiæ Wenceslai II.* cum qua *Regnum Poloniæ accepit*, & anno 1300. in *Polonia*, solenni ritu à *Petro Archi-Episcopo Gnesnensi Rex Poloniæ* coronatur.

anno 1303. *Rischa* per *Henricum de Wrbna Wratislavensem Episcopum*, authoritate *Moguntini Archi-Episcopi* in *Regnam Bohemiæ* in Ecclesia *Pragensi* coronatur. Mortuo Rege marito *Wenceslao II.* anno 1305. 21. Junij, *Rudolfus Alberti I. Cæsar*is filius, *Bohemie Rex*, *Pragæ* salutatur anno 1306. & *Elisabetham Wenceslai II. Regis viduam* duxit in uxorem. Sequenti anno ex nimio esu peponum obiit 3. Julij in *Castris prænominatus Rudolfus* maritus *Rischa*, seu *Elisabetha*. *Hec Brunense Virginum Cœnobium*, quod *Regina* vocant, fundavit, ibique sepulta est anno 1335.

XXXV.

VIOLA *Ducis Tessinensis Mesconis filia*, *Wenceslao III. Regi Bohemiæ*, *Juveni annorum XVIII. Wenceslai II. Regis Bohemiæ filio*, anno 1306. Matrimoniō jungitur; eodem anno *Wenceslaus III. Rex Bohemiæ* *Olomucij* in Domo Decanali à *Turingo* quodam *Conrado*, vel *Joanne de Potstein*, alijs *Potelslein*, *ficario*,

ficario, 4. Augusti confoditur; perijt cum hoc *Principe, Przemyslæ Ducum ac Regum Bohemiæ familia Regnatrix*, quæ in *Bohemia* propè octingentos quinquaginta annos regnavit. *Viola* vidua *Wenceslai III. Regis*, *Petrum de Rosis* duxit in maritum, quæ obiit anno 1317.

ANNA, *Wenceslai II. Regis Bohemiæ* ex *Gutba* filia natu xxxvi. maxima, conjugio jungitur *Henrico Carinthia Duc*i, ad *Regnum Bohemiæ* anno 1307. vocato, sed anno 1310. extruso.

ELISABETHA, *Wenceslai II. Regis Bohemiæ* filia Ann. 18. xxxvii. (*Pulkava* habet Ann. 16.) anno 1310. *Joanni, Henrici VII. Luccemburgici Cæsar*is Filio jam desponsatur, & anno 1311. 5. Februarij, *Joannes & Elisabetha*, à *Petro Archi-Episcopo Muguntino Pragæ* ad *S. Vitum*, summâ omnium Ordinum concordia, & voluntate coronatur.

anno 1314. in festo *S. Kiliani Elisabetha* *Regina* peperit *Joanni Regi* filiam nomine *Margaritam*. anno 1315. 1. Junij alteram filiam *Guttam*, seu *Juditham*. anno 1316. 14. Maii, filium *Wenceslaum*, qui postea à *Carolo Galliæ Rege Carolus* est appellatus. anno 1318. alterum filium *Przemyslaum*.

anno 1322. in Junio iterum filium tertium *Joannem Henricum*. anno 1323. *Elisabeth* *Regina Bohemiæ* ipso Palchatis die in *Bavaria* apud filiam *Margaritam Henrico Duc*i *Bavaro* nuptam commorans, gemellas enititur filias, *Annam*, & *Elisabetham*. *Hæc Elisabetha* filia, anno abhinc altero obiit. *Annam Otto Dux Austriae* accepit in uxorem, cui Pater *Znoymensem Regionem* dedit pro dote.

anno 1330. 29. Septembris, *Bohemiam* omnem incredibilis luctus complevit: *Elisabeth* enim *Wenceslai II. Bohemiæ Regis* filia, conjux *Regis Joannis*, ætatis suæ anno 39. contabuit, Rege marito in *Carinthia* abiiente, cui septem proles genuerat. Erat *Elisabeth* Matrona pietate, prudentiâ, & virili prorsus animo prædita, quæ pro *Bohemis* suis, contra maritum, gentem hanc delere conantem stetit semper, atque etiam bellum gesit, eumque Duce *Wilhelmo Hasemburgio* saepius profligavit. Habes ejus laudationem in *Cronico Cœnobij Aula Regie*, cuius maxima amatrix, & (nè amore sterili contentam quis existimet)

met) altera propè *Fundatrix* fuit, conditâ honori *Beatisimæ Virginis Marie*, augustissimâ & elegantissimâ Basilicâ, novem ædificatis Sacrarijs, & Aris omnibus, superiore anno, Regiâ magnificentiâ adornatis. Eadem *Elisabeth* paulò ante mortem, celebrem Parthenonem (*Praga in Augezd*) Virginibus Sacris, *Ordinis Sancti Dominici*, Olomucio advocatis, excitavit; cui etiam *Capellam S. Michaëlis* prope *Wissebrad*, ejusque annuos proventus attribuit.

XXXVIII. *BEATRIX BORBONIA* altera conjux *Joannis Regis*, quam duxit anno 1334. quæ anno 1337. Regina Bohemiæ coronata est, & ante Coronationem filium edidit, nomine *Wenceslaum*, qui postea ductâ *Johanna Joannis III. Brabantie Ducis filia*, *Dux Brabantia* factus est, ut habeat *Dubravius*.

XXXIX. *BLANKA*, Soror *Philippi Galliarum Regis*, uxor *Caroli IV. Imperatoris*, & Boëmiæ Regis, solemniter Pragam deduxit anno 1334. quæ filiam peperit anno 1342. nomine *Catharinam*. Anno 1347. 2. Septembris *Carolus IV. Imperator* ab *Arnesto I. Archi-Episcopo Pragensi* in Regem Bohemiæ cum conjugé sua *Blanka* inunctus & coronatus est Pragæ cum summa gloria & pompa, plurimis Imperij Principibus spectantibus.

Anno 1347. 1. Augusti, prima & charissima conjux *Caroli IV. Regina Blanka*, filia *Caroli Valesij Galliæ Regis*, è vivis decepsit, tumulata Pragæ in Ecclesia *Divi Viti*. Ex ea liberi nati *Carolo*: *Margarita* primogenita, tum *Catharina*; illa *Ludovicus Caroli Ungaria Regis* filio, hæc *Rudolfo Austriae Duci* desponsa. Tum *Joannes Marchio Moraviae*, qui vitalis non fuit.

XL. *ANNI* (quæ & *Mezela*, & *Agnes* in vetustis Codicibus appellatur) *Rudolfi Palatini ad Rhenum* unica filia, secunda *Caroli IV. uxor*, quam mortuâ primâ uxore *Blanka* exæstis aliquot Mensibus duxit in uxorem. Ex ea genitus primò est *Wenceslaus*, sed is penè infans paulò post Matrem anno 1353. 28. Julij decepsit; ipsa Mater anno 1352. 1. Februarij traditur obiisse. Sepulta est Pragæ in Ecclesia *Divi Viti*.

XLI. *ANNA* tertia uxor *Caroli IV. filia* fuit *Bolkonis vel Bernardi Duci Swidnicensis*, eadémque Patris hæres unica, quam *Carolus IV.* Anno 1353. in Ungariam descendens duxit conjugem.

gem. Inter pastâ Nuptialia, illud cum cura, & solicite scriptum & firmatum: ut si Pater sponsæ sînè alijs hæredibus decederet, totus *Swidnicensis Ducatus*, & quidquid ibi esset rerum & Jurium, ad *Coronam Boëmia* devolveretur, quod postea contigit.

Hæc *Anna Swidnicensis* uxor tertia *Caroli IV. Annô 1355. 3. Aprilis*, jussu *Innocentij VI.* à duobus Cardinalibus *Petro Bertrando*, & *Egidio de Albernotijs*, cum *Carolo IV. Romæ coronatur*. In *Laterano* instructo conviviô, *Imperij Principes Carolo* in suo quisque munere ministrârunt; sublati mensis cum *Regina*, & universo Exercitu, *Româ* egressus, & prope Urbem in *Coenobio S. Laurentij* castra metatus confedit. Porrò inter *Vexilla Cæsarea*, & *Regia*, in Coronationis celebritate, more eorum temporum, Bohemorum quoque Procerum vexilla circumlata fuisse, *Beneficius de Weitmil Canonicus Pragensis*, qui aderat, testatur, videlicet: *Nicolai Aquileiensis Patriarcha Bohemicus Leo. Ernesti Archi-Episcopi Equus dimidius*. Lippæorum & Bercarum decussatæ *Quercus*. *Pessici de Janowicz*, *Lupa cum infantibus*. *Rosa aurea* Novodomensium. *Sswihoviorum*, *Czerniniorum* & *Slavatarum fluvij*; *Kolowratæorum rota*; *Lepores & Leones*, & *Apri Waldekiorum*. *Nymphae Rziczaniorum*, &c. Anno 1361. 17. Martij *Anna Swidnicensis*, *Regina Bohemiæ*, tertia uxor *Caroli IV. Norinberge filium nomine Wenceslaum*, Patri postea dissimillimum peperit, qui male Regnum rexit. Anno 1362. XI. Julij obiit *Regina Anna Swidnicensis* tertia uxor *Caroli IV. in Ecclesia Divi Viti* sepulta.

ELISABETHA BOHUSLAI STETINENSIMUM DUCIS filia, **Kazymiri Poloniæ Regis Neptis** ex Sorore; *Beneficius ex filii Casimirii genitam* affirmat, quarta Coniux *Caroli IV. quam ad finem anni 1362. duxit conjugem*.

Anno 1363. coronatus est Pragæ in Regem Bohemiæ *Caroli IV. filiolus Wenceslaus* in festo *S. Viti*, tertâ post die etiam coronâ Bohemiæ coronata est quarta uxor *Caroli IV. prænominata Elisabetba*, à Principissa *S. Georgij Margaretha*. Ad finem anni 1366. *Elisabetba* Imperatrix peperit filiam, nomine *Annam*, quæ deinde in Matrimonium data est Regi Angliæ.

Anno

Annō 1368. 15. Februarij ex *Elisabetha* quarta *Caroli* Conjuge *Sigismundus* (Rex postea & Imperator) nascitur. Cæsar *Canonicis X.* argenti *Marcas* donavit, & confessim S. *Sigismundi* sepulchrum aurō & argentō affabré contextit. Annō eodem 1368. in festo *Omnium Sanctorum*, Summus Pontifex Romæ coram Imperatore *Carolo IV.* Missam celebravit, & *Elisabetham* Reginam Boëmiæ jam Pragæ coronatam, Coronâ Cæsareâ coronavit.

Annō 1370. 22. Junij *Carolo IV.* ex *Elisabetha* filius natus est nomine *Joannes*.

Annō 1371. Cæsar *Carolus* cùm *Carlsteine* in gravem incidisset infirmitatem, *Elisabetha* Imperatrix extremō periculō conterrita, furore quodam conjugalis charitatis, spe in S. *Sigismundum* Martyrem votum concipit, & *Pragam Carlsteinam* tribus milliaribus toto itinere pedibus suis confecto, ad ejus Sacrum Tumulum accurrit; simul tres ac viginti auri purissimi *Marcas* graves cum dimidia obtulit, ut id *aurum capiti S. Sigismundi* factâ coronâ & ejus effigie circumponeretur; vix votum impleverat, firmus & valens Imperator *Carlsteine* surrexit, ut etiam paulò pòst ad *Bellum Brandenburgicum* gerendum proficiisci potuerit.

Narrat de Imperatrice *Elisabetha Beneficiis*, eam corneum quoddam manuum robur habuisse, unguisque Equorum per ludum discerpere, securum acies, cultros culinarios, & novaculae chartæ instar convolvere, sive fraude, solis digitorum & articulorum viribus potuisse, idque à se visum Anno praesente 1371. die *Pascæ* in multorum Principum conspectu perfectum, neque tamen unquam ob egregiam animi modestiam, id suâ sponte egisse, nisi à marito Cæsare juberetur. Vide Hagek ad Annū 1371.

Annō 1372. 13. Martij natus est *Carolo* ex *Elisabetha* filius itidem *Carolus* appellatus, qui bimulus postea extinctus est.

Annō 1373. peperit Imperatrix *Elisabetha* filiam, nomine *Margaritam*, quæ deinde nupsit Burggravio Notimbergensi;

Annō 1378. 29. Novembris, ætatis annō 63. *Carolus* Imperator, Pater Patriæ Pragæ obiit, & in Ecclesia Metropolitana sepultus est.

Annō

Annō 1393. vidua Imperatrix *Elisabetha*, manens in dotali Civitate *Regino-Hradecij* obiit, Pragam mortua delecta, & in Ecclesia Metropolitana tumulata.

JOHANNA Alberti Duci Bavariae & Comitis Hollandie filia, XLIII. data est in Conjugem annō 1369. *Wenceslao*, filio Imperatoris *Caroli IV.* & hoc annō coronata est ab *Joanne Archi-Episcopo & Elisabetha Kolowratiana Principissa S. Georgij* in Ecclesia Pragensi.

Hæc fuit pientissima Regina, & fæpius maritum suum *Wenceslaum Bohemiæ Regem & Imperatorem* de acta mala vita correxit, propter quod offensus *Wenceslaus*, curavit advocari Reginæ *Johanne Confessarium B. Joannem Nepomucenum*, & cùm nollet *Wenceslao* Cæsari, ex arcano illo Sacramento quidquam de Regina innocentissima efferre, in *Muldaua* flumine Regis jussu annō 1383. demergitur.

Annō 1387. 1. Januarij (malè *Hagecius* annum sequentem ponit) *Prage* moritur *Jobanna* Regina prima Coniux Cæsaris *Wenceslai*. Non dubium est, Eam quoddam mariti vitam impuram ferre oculis non posset, malè habitam, & animo excruciatam obiisse, cùm insuper sterilis à Coniuge haberetur. Sepulta est in Tumulis Regum in *Cœnobia Aula-Regensi*.

SOPHIA secunda *Wenceslai* Cæsaris Coniux, *Joannis Monachensis in Bavaria Ducis filia*, Annō 1400. 15. Martij, Pragæ summâ celebritate coronatur, commendant ejus formam & venustatem oris plurimi scriptores. Tradunt ei à confessiōnibus sacrīs *Joannem Hus* (postea hæresiarcham) fuisse, cuius ope ille in Regis ac Procerum Gratiam insinuavit se ī. *Hus* Romam per Cardinalem *Columnensem* ad causam dicendam citatus, ope *Regine Sophia* evasit; hæc namque ab *Hus* implorata, Nobilitate & Aulicis sibi adjunctis, apud Regem maritum effectit, ut legatione splendidissimâ *Romam* missâ, causam totam sibi committi Rex postularet, quod etiam impetravit. At *Sophia* post Coniugis obitum, qui per apoplexiā contigit in Arce sua *Nova*, prope pagum *Cunradicz* annō 1419. 16. Augusti, & post *Hus* rogum, annō 1415. quod progressa esset animadvertisens, totam sive dolori, & poenitentiae dedidit.

Dum

Dum anno 1419. die *S. Michaelis* ingens multitudo in *Campō Crucum* (quā *Beneſſovia Pragam* iter est) confluxisset, ex diversis Civitatibus & pagis, imò major numerus ex Pragenſib⁹ Urbib⁹, & ibi sub Utraque communicāſſet, & ad noctem per Wissbradenem portam Pragam intrāſſet, paulo ante horum hospitum adventum, Pragæ novum bellum contigit, nam Pragenses Veteris & Novæ Urbis Cives cum Taboritis in minorem Pragam irruperunt, quam *Regine Sophie* Satellites ſuicerant defendendam; Pragenses viatores, equis & armis ſatellites exuēre. Præliō maximō noctu pugnatū eſt, incensā *Archī-Episcopi Domus*, quam Regij defendebant, Curia, aliisque pulcherrima & ſumptuosa aedificia, *Saxonica Domus* in Minore Praga à Pragensib⁹ occupata, quæ totō bellō Hufſiticō nunquam eripi Pragensib⁹ potuit, quidquid *Sigismundus* Imperator cum exercitu tot millium tentaret. Addit *Theobaldus*: plateas omnes *Parva partis Pragensis* ſanguine natāſſe, & cadaveribus cæſorum ſuisse refertas, Urbis portas in *Muldavam* abjectas, *Reginam Sophiam* pugnantium clamore nocturno (qui ad milliare & amplius audiebatur) territam, ex Arce *S. Wenceslai* fugiſſe, & ope *Domini de Rosenberg*, ægrè hostium infidias evadere potuiffē. *Regina Sophia* p̄ anno 1425. in fine Septembris in *Ungaria Presburgi* deceſſit, in *S. Martini* Eccleſia tumulata. Alij ponunt mortis annum 1428. Poſonijs.

XLV. *MARIA*, *Ludovici Ungarie & Polonia Regis* filia, *Sigismundo Caroli IV.* secundo filio, anno 1368. 15. Februarij nato, deſponſatur anno 1372. eique Regnum *Ungariæ* promittitur. Quam *Mariam* deinde anno 1386. duxit in uxorem, & eodem anno in Regem *Ungariæ* coronatur; jam existens Rex *Ungariæ & Bohemiæ*, ex ea genuit filiam nomine *Elisabetham*, quæ deinde in Matrimonium data eſt *Alberto Austriaco*, anno 1421. in festo *S. Francisci Seraphici*. De qua inſtrā; *Maria Mater Elisabethæ*, obiit 1402.

XLVI. *BARBARA*, *Hermannii Comitis Ciliensis* filia, ſecunda uxor *Sigismundi* Imperatoris, *Bohemiarum*, & *Ungariæ Regis*, in Regiam Boemiarum Pragæ in Eccleſia *Divi Viti* coronatur à *Philiberto homine Gallo, Constantiensi Episcopo, Concilij Basileensis Legato*,

gato, Administratore Archi-Episcopatus Pragensis, ſecundūm *Hagecium Annō 1437.* die Lunæ in Bacchanalibus. Coronationi huic adſuit *Principissa S. Georgij*, Prælati, Abbates multi, Principes, Comites, Barones, Equites. Peractâ Coronatione, *Regina Barbara*, Regio diademate è Templo *Sancti Viti* in *Aulam Regiam*, (ubi nunc degunt Alumni Archi-Episcopales,) per plateas veſta, magnam vim pecuniæ diſpergi curavit. Deinde (teſte *Boemiam Pia lib. 2. fol. 28.*) in Comitijs, quibus ipſa præfuit, novos Senatores, novumque juramenti modum constituit, illos admonens & rogans, ut tam pauperi, quām diviti iuſtitiam adminiftrarent. Non multo pōſt, in Quadragesima, cūm Rex *Sigismundus*, *S. Jacobi* Templum Vetero-Pragæ (ex quo nuper armamentarium fecerant Pragenses,) Religiosis Conventualibus Ordinis *S. Francisci* reſtituiffet, & non nullos Religiosos Ordines revocāſſet, & *Philibertus* Episcopus inibi Altaria de novo confeſcrāſſet, adſuit huic ſolennitati *Regina Barbara*.

Sigismundus ob ſenium ſepiūs incommodā valetudine utebatur, ægrotabātque ſepiſſimè: *Barbara* conjux ambitione regnandi, ſeu etiam libidine stimulatā, ad novas nuptias mature ſatis animum adjecit, ac primū *Ulricum Ciliensem* Fratrem ſuum, Boemis recommendavit, ſed magis Regni Successorem, ſibique magis maritum *Wladislauum Poloniæ Regem*, eūmque vivente ægrotō marito Rege *Sigismundo* petulanter ambiebat. Id ægrotus Rex *Sigismundus* advertens, *Reginam* curavit captivari, Frater ejus *Ulricus* fugā carcerem evaſit, & locō *Ulrici* Fratris *Barbaræ*, *Albertum Austriacum*, *Elisabethæ* unicæ ſuæ filiæ maritum, Statibus Regni Boemiarum pro Successore Regni Bohemiæ recommendavit. Interim *Sigismundus* Rex, Septuagenarius *Znoime* in Moravia, anno Domini 1437. 9. Decembris, Imperij Romani 26. *Ungarici* 51. Bohemici à Coronatione ſua ann. 17. deceſſit. Corpus ad ſepulchra Regum *Ungariæ* corum, ut optaverat, ad *Waradinum* majus deveſtum eſt; ſuīque ſanè mirabile, ut Scriptores notant, ſpectaculum: poſt currum Imperatorij funeris, captivam Imperatricem *Barbaram*, velut in triumpho *Waradinum* portari: hæc poſtea libera dimiſſa,

mista, Regino-Hradecium in dotalem suam Boëmiæ Urbem reddit, & ex Epicuri disciplina impudentissimè vixit.

De ea do ipsa verba Dubravij Historiæ Boëmicæ lib. 28. fol. 234. ita scribentis : *Mulier prorsus Sadducea, Epicureaque, cum Epicuro enim summum bonum in voluptate credebat, sed tamen superos, quam inferos ridebat. Huic ad lasciviam comprimentam cum à viris, matronisque honestioribus turtur avis proponeretur, que marito mortuo iterum nubere nesciret, absteso omni pudore, solita est respondere : Et quid mibi cum ave monticola et solitaria? cur non potius columbas et passeres domi ob oculos quotidie obversantes mibi proponitis? quarum avium oscula, et amores nunquam cef-sant.* Æneas Sylvius Historiæ Bohemicæ cap. 59. fol. 193. ita de ipsa scribit : *Apud Gracium, (id est Regino-Hradecium,) Barbara Imperatrix, eà tempestate decedit, inexhausta libidinis mulier, que inter concubinas illaudatum ævum publicè agitans, sepiùs viros petiit, quam peteretur, neque Christiana, neque alteri cuiquam religioni adstricta, quippe qua superos, inferosque ullos esse negabat. Ferunt eam ancillas suas sapè orantes, jejunantesque increpasse, que corpus suum frustra macerarent, fictumque Celi Numen placari verbis crederent. Vivendum suaviter, dum vita suppetit, fruendumque voluptatibus. Id tantum homini datum, cuius anima cum corpore simul extinguitur. Somniare, qui alteram vitam sibi promittant. Congrua moribus sententia!*

Hagecius ad Annū 1451. ita de Barbara Regina Boëmiæ, & Imperatrice Sigismundi uxore scribit : Barbara conjux olim Cæsarisi Sigismundi, gravi oppressa morbo, monita à Christianis, ut ritus Christianos peragat, illa misera mulier in mente sua per aliquos Acatholicos Sacerdotes perturbata, nihil de Deo, nihil de æternitate, & æterna vita, nihil de poenis inferni sensit, nec sub una, nec sub utraque specie communicare voluit, omnia irrisit, omnia contempnit, & sic sine ordine & ritu Ecclesiæ Sanctæ, & sine fide, die Dominica ante festum S Margarethæ (id est 11. Julij) Mielnicij obiit. Funus ipsius M. Joannes Rokyczana cum suis Sacerdotibus usque ad portam Arcis Pragensis comitatus est, Canonici Metropolitani nolebant corpus ejus in Ecclesia Divi Viti sepelire, sed jufsu

su Georgij Podiebradij, tunc Regni Gubernatoris cogebantur id facere. Obiit ergo libidinosa mulier Mielnicij in Bohemia anno 1451. Pragam devecta, in Ecclesia S. Viti in Sacello Martiniciorum condita, quod hodiéque in marmore sepulchri legimus.

ELISABETHA, Cæsarisi Sigismundi unica filia (de qua su- XLVII. periūs est dictum) adhuc ostennis, desponsata Alberto Duci Austræ fuit, postea anno 1422. Viennæ nuptias celebravit. Elisabeth Regina Boëmiæ & Hungariæ, relictis duabus filiolis Anna, & Elisabetba, & Ladislao infante posthumo, anno 1442. 24. Septembris decepsit. Laudatissima mulier, & in utraque fortuna semper cum laude versata. Anna nupta est Wilhelmo III. Duci Saxoniæ.

Elisabetba altera filia Alberti & Elisabethæ Reginæ, nupsit Casimiro Regi Poloniæ. Albertus Rex Boëmiæ, maritus Elisabetba Reginæ, mortuus est anno 1439.

MAGDALENA, Caroli VII. Franciæ Regis filia, Regi Juve- XLVIII ni Ladislao filio Alberti, & Elisabetba Reginæ, in Regem Boë- miæ anno 1453. Pragæ 28. Octobris coronato, desponsata est anno 1457. Ied cum Legati pro ea adferenda Pragâ exivissent, in ipso nuptiarum apparatu, eodem anno 1457. 22. Novembris, vel ut alij volunt 23. Novembris in festo S. Clementis Pragæ cum omnium adstantium lachrymis, 36. ex quo ægrotare coeparat horâ, placidissimè in Aula Regia in Urbis meditulio extpiravit. Corpus illius sepultum est in Metropolitana Ecclesia Divi Viti.

CUNEGUNDA, vel Catharina de Sternberg, Jaroslai (Birgen XLIX. ponit Smilonis) de Sternberg filia, prima uxor Georgij Podiebra- Proles dij de Kunstat tunc adhuc Boëmiæ Gubernatoris, postliminiò Regis Bohemiæ Regis, anno 1458. 7. Maij coronati. Haec marito Georgij Podie- suo peperit tres filios. Bozkonem, Victorinum, & Henricum bradij, carum- que po- steritas.

Boczek de Kunstat, Georgij Filius, obiit sine prolibus, natus est anno 1442. Victorinus Georgij Podiebradij filius, Münster- berge Dux, natus est anno 1443. factus Dux anno 1463. 20. Februarij. Hic Victorinus Fridericum III. obiessum Viegne ma-

nibus suis sublatum extulit ex Viennensi Burgo; accepit in præmium sub feudo Comitatum Catzenelbogen in Hassia, non procul à Majorum Comitatu Niddensi, sed hic Comitatus ad hæredes Victorini non pervenit; postea ab eodem Friderico Imperatore Münsterberga Dux, & Imperij Princeps creatus est. Fuit à Patre Georgio Moraviae Capitaneus constitutus: Militiam Victorinus præcipue coluit, & multa feliciter gessit, tandem ad Affinem Henricum Lippeum Crumlovium in Moravia anno 1469. Trebicio profectus, ab Hungaris captus, amplius biennio in libera custodia detentus est, dimissus Patre jam mortuo anno 1472.

Uxor Victorini prima fuit Sophia Baronissa, quæ ei filiam genuit, quam Casimiro Tessinensi Principi dedit uxorem, quæ Mater fuit Wenceslai Ducis Tessinensis.

Uxor secunda Victorini, Casimiri Tessinensis Ducis Soror, quæ Victorino genuit filios duos: Bartholomeum, & Laurentium. Tertia uxor Margareta Paleologa ex stirpe Imperatorum Graecorum Paleologorum, quæ ei genuit tres filias, Apolloniam Vestalem in Partbenone Strzelensi in Silesia. Ursulam Vestalem Triburgi in Misnia (quæ Lutheri tempore unà cum duabus ejusdem Ordinis Virginibus Cœnobium reliquit) & Annam, quæ puella elata est.

Victorini tota posteritas in Bartholomeo, qui à Cesare Maximiliano I. ad Wladislau Regem Legatus Viennâ Posonium descendens anno 1515. 2. Aprilis nave confractâ demeritus est, nullâ prole relictâ, defecit.

Victorinus obiit anno 1479. 30. Augusti.

Henricus Senior, Georgij Podiebradij, & Cunegundæ, seu Catharina de Sternberg filius, Münsterberga, & Oelsna Princeps, Comes Glacensis. Uxor Henrici Senioris fuit Ursula Principis Alberti Marchionis Brandenburgici Electoris filia, ex qua genuit tres filios, Albertum, Joannem, & Ludovicum. Henrico Seniori filio Georgij Podiebradij, ex Bohemis nonnulli post Patris mortem, Coronam offerebant, at is Wladislao Regi suffragium dedit, eumque provexit ad Regnum. Obiit Henricus Senior anno 1498. die S. Joannis Baptista, Glacij sepultus in Cœnobio Franciscanorum, quibus Cœnوبium & Ecclesiam titulō S. Georgij fundaverat:

sed

sed cùm Cœnobiū hoc Monachi deseruerint, translata sunt ejus ossa in Ecclesiam Parochialeм Melitensum, quam hodie, cum eodem jure, habet Societas Jesu.

Ursula Principis Alberti Marchionis Brandenburgici Electoris filia, Domini Henrici Senioris, Ducis Münsterbergensis conjux, nata est anno Domini 1450. obiit 1508. 25. Novembris, & in Monasterio Virginum S. Claræ Wratislaviæ in ambulacro sepulta fuit.

Cunegunda, seu Catharina prima uxor Georgij Podiebradij, præter tres prænominatos filios, marito suo Georgio, etiam perperit tres filias: Catharinam, Zdenam, seu Sidoniam, & Barbaram. Catharina nata est anno 1444. deinde in matrimonium 1458. data Matthei Corvino Regi Ungariæ, obiit 1464. sine prole.

Zdena, seu Sidonia Alberto Duci Saxonie Friderici filio sponsata novennis ann. 1459. hæc deinde genuit Georgium & Henricum filios, Saxonie Duces, obiit anno 1510. 1. Februarij.

Barbara in matrimonium data Henrico Lippae Mareschallo Regni Boemie.

L. JOHANNA LEONISSA de ROZMITAL, secunda uxor Regis Bohemiæ Georgij Podiebradij, in Reginam Bohemiæ coronata est in festo S. Stanislai die lunæ ann. 1458. Pragæ, ab Episcopis Ungaris, à Mattheo Rege Ungariæ Pragam missis. Genuit filium Hinkonem, seu Henricum Juniores, qui deinde factus est Dux Münsterbergensis. Obiit anno 1491. 10. Julij, alijs 1492. Et filiam Ludmillam, quæ deinde nupsit Friderico I. Duci Lignicensi. Obiit anno 1503. alij ann. 1502.

Obiit Joanna Leonissa de Rozmital Regina Bohemiæ, secunda Boemie Regis Georgij Podiebradij uxor, anno 1475. Mielniczij die Dominicâ post festum S. Martini in Novembri, inde Pragam devecta, & in Ecclesia Metropolitana Divi Viti in Sacello Sancti Laurentij sepulta.

Georgius Podiebradius Rex Boemie anno 1471. 22. Martij hydrope, aliisque bello contractis morbis moritur, & Prague in Ecclesia Metropolitana Divi Viti tumulatur.

ANNA,

LII. *ANNA, JOANNIS* Comitis Engolismensis, seu *de Candale* filia, *Ludovici XII.* Regis Galliae contanguinea, *Wladislao Casimiri* Regis Poloniae primogenito filio, Regi Bohemiae, & Ungariae desponsatur, quam duxit *Buda* anno 1502. 6. Martij, (alijs 6. Octobris,) coronata fuit in Ungaria, non in Bohemia, neque apud nos dotem habuit Reginarum.

Anno 1503. 23. Junij, nata est *Bude* Regi *Wladislao* ex *Anna* Regina, filia *Elisabeth*, quam postea Pater ob memoriam Matri *Annam* jussit appellari. Anno vero 1506. 24. Junij, (*Theobaldus* annum 1505. *Lupacius* 1. Julij, ann. 1506. posuit) *Ludovicus Wladislao* nascitur, quo ipso in puerperio ann. 1506. 26. Julij, *Ludovici*, quem genuit eodem anno 1. Maii, obiit, & extincta est. Rex *Wladislau*s multo tempore eam luxit, neque pullam vestem deponere voluit, donec *Ungarie* Ordines promisissent se *Ludovicum* infantem Regium coronari passuros.

LIII. *MARIA PHILIPPI I.* Archi-Ducis Austriae, & Regis Hispaniarum filia, & *Ferdinandi I.* Cæsaris, Ungariae, & Bohemiae Regis Soror, uxor *Ludovici* Regis *Wladislai* filij, cui desponsata est *Vienna* anno 1515. cum qua *Ludovicus* Rex ætatis suæ anno decimo quinto *Bude* nuptias celebravit anno 1521.

Anno 1522. in Arce Pragensi in Ecclesia Metropolitana Divi Viti Martyris *Maria* in Reginam Bohemiae est coronata die Dominicæ ante festa Pentecostalia.

Anno 1523. 18. Januarij, Rex *Ludovicus* non dignatus est cum Conjuge sua *Maria* Prætorium Urbis Vetero-Pragensis subire, in quo apparatum sibi Regio more epulum lætitissimum sumpfit, & peracto prandio in area fori Pragensis Ludicra Equestria, variisque militares Ludos cum Regina, eadem facilitate spectavit.

Anno 1526. 29. Augusti *Ludovicus* Rex Boemie & Ungariae contra *Solymannum II.* Turcarum Imperatorem bellum gerens, ad *Mohaczium* in palude perijt. *Maria* *Ludovici* conjux, 31. anno vidua fuit, cum fratre suo *Carolo V.* in Hispaniam & Belgio discessit, ibique obiit.

LIV. *ANNA WLADISLAI* Bohemiae & Ungariae Regis unica filia (ante *Elisabeth* appellata, idque ipsi nomen in baptismo est datum,

datum, at post mortem Matri, *Anna* ei nomen Pater impo-
suit,) nata est 1503. 23. Julij. De ejus ominoso fletu, tum
sexennis pupulae, cum Frater *Ludovicus* triennis Pragæ coro-
naretur anno 1509. 11. Martij, vide passim apud *Historicos*.

Hæc Regina *Anna*, desponsata est *Ferdinando I.* *Philippi I.* Hispaniarum Regis filio, *Caroli V.* Cæsaris Fratri, anno 1515. *Vienna*, & copulata *Lincij*, 1521. & anno 1527. die Lunæ post festum S. Matthiæ Apostoli Coronâ Bohemiæ in Reginam Pra-
gæ in Ecclesia Divi Viti coronata. Genuit marito quatuor Proles
Ferdi-
nandi I.
Regis,
& Im-
perato-
ris.

I. *Elisabetha* primogenita filia nata est *Lincij* 5. alijs 9. Ju-
lij, 1526. Hæc *Elisabetha* nupta fuit *Sigismundo II.* Augusto
Regi Poloniae. Obiit in Polonia *Vilna* anno 1543. alijs 1545.
15. Junij ætatis sue 18. sine tribus septimanis, non sine tuipi-
cione sibi porrecti veneni.

II. *Maximilianus II.* primogenitus *Ferdinandi I.* & *Anne*
filius, natus est *Vienna* anno 1525. alijs 1527. 1. Augusti. Elec-
tus fuit in Regem Bohemiæ anno 1549. & Coronatus anno
1562. In Regem Romanorum in præsentia sui Domini Pa-
rentis *Ferdinandi I.* ab Electoribus est electus, duodecim an-
nis laudabiliter Imperium, & Regnum rexit. Obiit Ratisbo-
næ anno 1576. 12. Octobris, & Pragæ in Ecclesia Metropo-
litana Divi Viti penes Dominum Parentem suum *Ferdinan-*
dum I. & Matrem suam *Annam* sepultus anno 1577. Vixit an-
nos 49. & 72. dies Conjugem habuit *Mariam Cæsaris Caro-*
li V. consanguinei sui filiam, quam duxit in uxorem anno
1548. Mense Septembri, ex qua *Maximilianus II.* genuit no-
vem filios, & sex filias.

III. *Anna*, *Ferdinandi I.* & *Anne* conjugis filia, nata est
Pragæ anno 1528. 1. Septembris, alijs ponunt, 7. Julij, hæc
Anna data est in Conjugem *Alberto III.* Duci Bavariae anno
1546. cui peperit tres filios, scilicet: *Wilhelnum*, & *Ferdinan-*
dum Duces Bavariae, & *Ernestum* Archi-Episcopum Colonien-
sem, & filiam *Mariam*, deinde conjugem *Caroli* Archi-Ducis
Austriæ.

IV. *Ferdi-*



IV. *Ferdinandus II.* filius *Ferdinandi I.* & *Anne Reginæ*, Archi-Dux Austriæ, Comes Habsburgicus & Tyrolis, Landgravius Alsatiæ, natus est *Lincij* in Austria anno 1529. 14. Junij. Obiit 1595. Coniux *Ferdinandi II.* erat *Anna Catharina*, nata Ducissa Mantuana, & de Montferrato, de qua infra.

V. *Maria* filia *Ferdinandi I.* & *Anne Reginæ*, nata est Pragæ anno 1530. alij 1531. 15. Maji, fuit deinde uxor *Wilhelmi Ducis Juliacensis*, quam duxit 1546. obiit anno 1584.

VI. *Magdalena Ferdinandi I.* filia, nata est *Oeniponti*, anno 1532. 14. Augusti, *Hallis* vitam egit coelibem, obiit 22. Maji, ætatis suæ anno 39.

VII. *Catharina Ferdinandi I.* & *Anne Reginæ Bohemiæ* filia nata est *Vienna* anno 1533. 27. Augusti, deinde fuit primò uxor *Francisci Ducis Mantuæ*, secundò *Sigismundi Augusti Regis Poloniæ*. Obiit anno 1572. secundum alios anno 1577. vixit annis 38. 6. Mensibus, & 6. diebus, sepulta est Pragæ in Ecclesia Metropolitana Divi Viti.

VIII. *Eleonora Filia Ferdinandi I.* & *Anne Reginæ*, nata est *Vienna* 1534. 28. Novembris, inter quintam, & sextam horam ante meridiem, deinde fuit uxor *Wilhelmi Ducis Mantuæ*, obiit 1594.

IX. *Margaretha* nata est anno 1536. facta Monialis, obiit ann. 1566.

X. *Joannes filius Ferdinandi I.* & *Anne Reginæ*, natus est Pragæ anno 1538. 10. Aprilis, & sequenti die inter horrenda tonitrua, & coruscationes in Ecclesia Divi Viti est baptizatus, obiit secundò ætatis suæ anno infans *Oeniponti* 22. Martij, vixit unō anno, & 18. diebus.

XI. *Barbara Ferdinandi I.* & *Anne Reginæ* filia, nata est *Vienna* anno 1539. 30. Aprilis, fuit deinde *Alphonsi II. Ducis Ferrariæ* uxor, obiit anno 1572.

XII. *Carolus II. Ferdinandi I.* Cæsaris filius, natus est *Vienna* anno 1540. 3. Junij, fuit deinde Gubernator Styriæ, Corinthiæ, & Carnioliae. Fundavit Universitatem Græcensem. Uxor ipsius erat *Maria Alberti V. Ducis Bavariæ* filia, Obiit anno 1608. Mater quindecim prolium. Maritus illius *Carolus II.*



Ius II. obiit Græciæ anno 1590. *Caroli II.* & conjugis illius Mariæ proles erant istæ.

I. *Carolus V.* posthumus, natus 1590. Episcopus Wratislaviensis, & Brixinensis, Magister Ordinis Teutonici, obiit anno 1625.

II. *Maria Magdalena*, nata anno 1589. uxor *Cosmi II. Magni Ducis Florentiæ*, obiit anno 1631. relictis quinque filiis, & quatuor filiabus.

III. *Constantia* nata anno 1588. uxor *Sigismundi III. Regis Poloniæ*, post Sororem suam *Annam* obiit anno 1631. relictis octo filiis, & unâ filiâ.

IV. *Leopoldus V.* natus anno 1586. Titularis Episcopus Argentinensis & Passavensis. Passaviensium copiarum Doctor anno 1609. Fundator Collegij Molshemienensis Societ. Jesu, obiit anno 1632.

V. *Margareta* nata anno 1584. uxor *Philippi III. Regis Hispaniæ*, obiit 1611. reliquit octo proles.

VI. *Maximilianus IV. Ernestus* natus anno 1583. obiit 1616.

VII. *Eleonora* nata anno 1582. Vestalis *Hallis*, obiit anno 1620.

VIII. *Gregoria Maximiliana* nata anno 1681. Sponsa *Philippi III. Regis Hispaniæ*, obiit 1597.

IX. *Carolus* obiit infans.

X. *Ferdinandus II. Romanorum Imperator*, de quo infra.

XI. *Elisabetha* nata anno 1577. obiit anno 1586.

XII. *Catharina Renata*, nata anno 1576. obiit 1595. 29. Junij.

XIII. *Maria Christina*, nata anno 1574. uxor *Sigismundi Principis Transylvaniæ*, sed diremptum est matrimonium, illa obiit 1611. in Parthenone Hallensi 6. Aprilis.

XIV. *Anna* nata 1573. uxor *Sigismundi III. Regis Hispaniæ*, obiit 10. Februarij, 1598.

XV. *Ferdinandus* obiit infans. Hæc de prolibus *Carolii II. Ar. chi-Ducis Austriae* filij *Ferdinandi I.* & ejus Conjugis *Mariae, Alberti V. Ducis Bavariæ* filiæ. Nunc ad alias proles *Ferdinandi I.* progredior.

linea
tota pe-
rikt in
alijs, in
solo
Ferdi-
nando
II. pe-
rennat
poste-
ritas.

XIII. Ursula filia Ferdinandi I. & Reginæ Anna, nata est Neo-Stadij post Viennam anno 1543. obiit infans 1543.

XIV. Helena nata anno 1543. Hallis Vestalis obiit 1574.

XV. Johanna nata Pragæ anno 1547. uxor deinde fuit Francisci Ducis Florentiæ, obiit anno 1578.

Anna Regina Coniux Ferdinandi I. Regis Bohemiæ, in Reginam Bohemiæ à Stanislao Turzone Episcopo Olomucensi (vacante Sede Archi-Episcopali Pragensi, & Barbara de Sselenberg, & Koſt Abbatissa & Principissa S. Georgij) coronata est anno Domini 1527. postridie post festum S. Matthiæ Apostoli. Regina hæc Coniux Ferdinandi I. Bohemiæ Regis, & Cæsar is fuit amantissima Nationis Bohemicæ, quam moriens marito suo recommendavit, obiit anno 1547. in partu, sepulta Pragæ.

LIV. MARIA Caroli V. Cæsar is filia, nata anno 1528. Regina Bohemiæ, Coniux Maximiliani II. filij Ferdinandi I. Maximiliani II. Ferdinandi I. filius, natus est Viennæ anno 1527. educatus in Hispania, interfuit pluribus bellis. Fuit Prorex in Hispania 1548. electus Rex Bohemiæ anno 1549. Coronatus anno 1562. electus Romanorum Rex, & coronatus Francofurti anno 1563. & eodem anno Rex Ungariæ coronatus Pon si. Fuit ab aliquibus electus Rex Poloniæ anno 1575. quod ipse contempnit, obiit Ratisbonæ anno 1576.

Proles
Maxi-
miliani
II.

Maria Coniux Maximiliani II. attulit marito quindecim proles, obiit in Hispania anno 1603. ætatis 75.

I. Anna Maria filia primogenita Maximiliani II. nata est in Hispania anno 1549. 2. Novembris, facta deinde anno 1570. uxor Philippi II. Regis Hispaniæ. Obiit in Hispania 1580. 25. Octobris. Marito suo peperit quatuor filios, & unam filiam.

II. Ferdinandus filius Maximiliani II. natus est in Hispania anno 1551. 28. Martij, obiit altero anno ætatis sive infans Viennæ, 25. Junij.

III. Rudolfus II. filius Maximiliani II. natus est Viennæ anno 1552. 18. Julij. Rex Ungariæ coronatus anno 1572. Bohemiæ 1575. 22. Septembris. Romanorum Rex Coronatus, anno 1575. 1. Novembris. In Cæsarem promulgatus 1576. 12. Octobris, eadem die, quā Parens illius Maximilianus II. obiit; bellum

bellum gessit cum Turcis ab anno 1591. continuis annis 15. à fratre suo Matthia vehementer afflictus, obiit coelebs 1612.

IV. Ernestus II. filius Maximiliani II. natus est Viennæ, anno 1553. factus est Gubernator Belgij. Suscepit Pragæ aureum vellus cum Rudolpho II. & Archiduce Carolo, ab Archiduce Ferdinando, anno 1585. 2. Junij, obiit 1595.

V. Elisabetha, Maximiliani II. filia, nata est Viennæ anno 1554. 5. Junij, facta est uxor Caroli IX. Regis Galliæ, an. 1570. cum quo non vixit plenè quatuor annis, nam Carolus IX. maritus obiit 1574. 30. Maij; peperit anno 1572. filiam, quæ infans obiit. Obiit Elisabetha, anno 1592.

VI. Maria, Maximiliani filia, nata est Viennæ 1555. 27. Ju lij, obiit infans.

VII. Matthias, Maximiliani II. filius, natus est Viennæ, an. 1557. 24. Februarij, factus est deinde Gubernator Belgij, postea Ungariæ, ubi bis Turcas cecidit. Rex Ungariæ an. 1608. Rex Bohemiæ, ann. 1611. Romanorum Imperator Coronatus Francofurti, anno 1612. obiit, ann. 1619. 20. Martij.

VIII. Maximilianus III. Maximiliani II. filius, Archidux Austriae natus est Neo-Stadij in Austria post Viennam anno 1558. die 12. Septembris, ab aliquibus Rex Poloniæ electus, sed captus, & postea dimissus. Fuit Generalis Magister Ordinis Teutonici, obiit anno 1620.

IX. Albertus VII. filius Maximiliani II. natus est Neo-Stadij, in Austria anno 1559. 13. Novembris, factus est deinde Cardinalis Tit. S. Crucis, Prorex Lusitaniæ, Archi-Episcopus Tolletanus, Gubernator Belgij, obiit anno 1621.

X. Wenceslaus, filius Maximiliani II. natus est Neo-Stadij in Austria, anno 1561. 9. Martij, factus est deinde Eques Melitensis, obiit in Hispania, ann. 1578.

XI. Fridericus filius Maximiliani II. natus est Lincij, anno 1562. 20. Junij, obiit infans.

XII. Maria II. filia, Maximiliani II. nata est Neo-Stadij in Austria, anno 1564. 19. Februarij, obiit infans eodem anno Dominicâ Palmarum.

XIII. *Carolus, Maximiliani II. filius, natus est Viennæ, an. 1565.* 27. Septembris, obiit infans altero annō, 23. Februarij.
XIV. *Margareta filia Maximiliani II. nata est Viennæ, an. 1567.* 25. Januarij, facta Monialis S. Claræ Madriti, obiit ann. 1633. ætatis 66.

XV. *Eleonora filia Maximiliani II. nata est annō 1568.* obiit Pragæ, & in Ecclesia Metropolitana tumulata, ann. 1579.
Maria Caroli V. Cæfaris filia, uxor Maximiliani II. Mater quindecim prænominatarum prolium, ab anno 1576. à 12. Octobris, quo anno illius maritus Maximilianus II. obiit, usque ad annum 1603. 24. Februarij, quo vivere desistit in Hispania Madriti, semper laudabilissimam vitam duxit, ordinavitque in morbo constituta, ut post ejus mortem pro anima sua legantur & persolvantur 40000. Sacrificia Missæ. Illud notatum est dignum, quod prænominata *Maria* inter omnes Imperatrices & Reginas fuerit felicissima, & fortunatissima, quæ fortuna nulli à quo mundus stat, adhuc evenit. I. fuit filia Cæfaris Caroli V. II. fuit unius Romani Imperatoris nurus. III. Imperatoris Maximiliani II. uxor. IV. Imperatoris Rudolphi II. Mater.

LV.
Anna
Sexta
Regina
**Bohe-
miæ**
**coro-
natur.**

ANNA hujus nominis sexta, Regina Bohemiæ, Archiducis *Ferdinandi Austriæ & Comitis Tyrolis, & Anne Maria Du-
cissæ Mantuanæ filia, uxor Matthiae Imperatoris, & Ungariæ,
Bohemæque Regis, nata est Oeniponti annō 1585. 10. Octo-
bris. Annō 1611. Dominicâ secundâ Adventûs, 4. die Mensis Decembris. *Matthias Rex Ungariæ, & Bohemiæ* nuptias *Viennæ* celebrat cum *Anna Ferdinandi Archiducis* (qui *Maximili-
ani II. Frater* fuit) filia. Annō 1612. die Martis post festum S. Joannis Baptiste, 26. die Mensis Junij *Francofurti, Anna* in Reginam Romanorum ab Electore Moguntino *Joanne Ssweykharto*, Annō 1613. 25. die Mensis Martij in Reginam Ungariæ à Cardinale *Francisco Forgaczio Prespurgi*, annō 1616. 10. Januarij, Dominicâ post festum Trium Regum Pragæ in Ecclesia Metropolitana Divi Viti in Reginam Bohemiæ ab Archi- Episcopo Pragensi *Joanne Lobelio*, & Principissa S. Georgij *Sophia Albinka de Helfenburg* coronatur.*

Ritum peractæ Coronationis fusè descripsit, & typis edi- dit *Georgius Zawet de Zawetic*, quem compendiosè exscribo.

Poitquam *Anna* uxor *Matthiae* fuisset in Reginam Roma- norum *Francofurti* an. 1612. in Reginam Ungariæ 1613. Corona- ta, *Matthias* Imperator, Ungariæ & Bohemiæ Rex annō 1615. ^{vis.} Ritus Coro- nationis. Pragæ Comitia Generalia in Arce Pragensi celebravit, quæ die Sabbathi post festum *S. Hieronymi* sunt terminata, in quibus à Statibus Regni conclusum est, ut annō 1616. die Dominicâ post festum SS. Trium Regum Pragæ in Ecclesia Metropolitana Divi Viti Coronâ Bohemiæ coronetur, ad quam Solemnitatem Regni Proceres, ad peragenda sua officia sunt invitati, sicuti & Regni Prælati. Interim pro Coronatione hac omnia necessaria sunt constituta, & procurata à Supremo Regni Bo hemiæ Præfecto Domino *Adamo de Waldstein*, Domino in *Hradek, Lowosicz, & Hustopeczeb*, S. C. Regiæque Majestatis Con filiario, & Camerario. In primis in Ecclesia Metropolitana Divi Viti erexitum est ex asseribus theatrum æquale cum Choro per medium templi usque ad Mausolæum Regium, inde deinde aliud theatrum permodum graduum sursum, usque sub Chorum, qui est sub organo, aliud theatrum inter duas templi columnas post Cathedram Concionatoriam, ambo pro Statu Civili, tertium in Choro pro Musicis Cæsareæ Majestatis, pro S. C. M. Aulicis, & Equitibus. Quartum è regione S. C. M. Oratori pro Gynæcio ex Statu Baronali & Equestri erexitum, & tam tertium, quæ quartum, sicuti & Chorus, & medietas templi, usque ad Cathedram albo & rubro panno rectum, chorus, seu Presbyterium circè circùm tapetibus argento & auro intextis coniectum. Thronus S. C. M. ad si nistram Summi Altaris erexitus, & aureis tapetibus, sicuti & thronus Reginæ è regione magni Altaris, quinque ulnis ab Altari distans, argenteis tapetibus coniectus. Penè thronum Reginæ collocata fuit humilis sella, tapete sericeo rubro, auro intecto, supra quam se poterat reclinare Reginæ; penè thronum Reginæ ex parte utraque stabant sellæ argenteis filis tex tæ pro duabus Episcopis Reginæ assistentibus. Post Sellam Reginæ ex parte dextera stabat adhuc una Sella, tapete rubro aureis

aureis filis texto pro Abbatissa, & Principissa S. Georgij, & post thronum Reginæ penè Abbatissam, & Principissam S. Georgij tres oblongæ sedes, una post alteram collocatæ, tapetibus tectæ, pro primariorum Procerum Regni conjugibus. Ex parte hac, quâ erat thronus Cæsarî Matthiæ, sex circiter ulnis erat distans Sedes pro Serenissimo Archiduce Austriæ, Carolo Episcopo Wratislavienſi. Item è regione ipsius, erat Sedes posita pro Legatis Hispaniarum, Venetiarum, & Florentiæ, ambæ rubro holoférico tectæ.

Approquinquante jam die Coronationis, ante diem in Triurbe Pragensi tympana resonabant, & populum Pragensem, ut unusquisque ad sua se sifstat vexilla, convocabant. Congregati Cives summo manè, primò Vetero-Pragenses sub vexillo flavo & nigro, deinde Neo-Pragenses sub vexillo rubro & albo, Micro-Pragenses sub vexillo variorum colorum, ad Arcem debito ordine perrexerunt, & se in diversis locis collocârunt in Arce. Congregato ergo prænominato populo, omnes portæ Pragenses, sicuti & fores templi S. Viti horâ septimâ matutinâ fuit occluse.

Hoc tempore etiam congregati sunt DD. Status Regni Bohemiæ ad Regni Cubiculum, & Supremi Regni Proceres ad Boëmicam Cancellariam. Inter quos brevi venit Supremus Regni Burggravius Pragensis *Dominus Adamus de Sternberg*, *Dominus in Bechina, Viridi Monte, Libochowicz, Budina, S. C. M. Consiliarius*, & *Dominis Statibus intimavit*, ut Regni Proceres, & *S. C. Majestatis Consiliarij ad Aulam S. C. M. ad Anticameram veniant*, alij Domini Status in Equitum cubiculo expectent, & *S. C. M. ad templum comitentur*. Quod cùm fecissent, comitati sunt Cæsarem ad aliquod cubiculum supra Judicium Cameraticum, ubi Cæsar habitum Imperatorium induit, indè in Aulam regressi, comitati sunt ad templum Imperatricem, ultimò sequebantur Regni Proceres, & rectâ ad Sacellum Sancti Wenceslai iverunt. Hos sequebatur solus cum Regimine Supremus Regni Praefectus, *Dominus Adamus de Waldstein*. Post ipsum ivit Imperatrix Regiè vestita per viam albo & rubro panno stratam usque ad Sacellum Divi Wenceslai,

ante

ante quod stetit Celsissima Principissa S. Georgij, *Virgo Sophia Albinka de Helfenburg*, cum duabus suis Sancti-Monialibus Virginibus, *Virgine Anna Hrachowcziana Priorissa Monasterij S. Georgij*, & *Rosina Preklowa de Prokorsdorff*, quæ Principissa demississimè Imperatrici manum porrexit, & Imperatrix mox ad Sacellum S. Wenceslai (in quo duo Domini Burggravij Carlsteinenses, scilicet *Dominus Mattbias Comes de Thurn*, *Dominus in Welis, & Kregen*, & *Dominus Adamus Senior Herzan de Harasowa*, *Dominus in Skalsko, Landskrona, Landspberg, Rubro Hradek, Planna, & Stolinkach*, S. C. M. Consiliarij, cum Domino Capitaneo Arcis Pragensis, *Domino Dionysio Czernin de Chudenitz*, *Dominus in Drabowicz, & Chocemysl* S. C. M. Consiliario, cum *Domino Paulo Pistorio Decano Carlsteinensi custodientes Coronam Regiam, inclusi erant*,) post Supremum Regni Bohemiæ Praefectum ivit. Post Imperatricem mox ad prænominatum Sacellum Divi Wenceslai sola præfata S. Georgij Principissa *Sophia Albinka*, (relictis foris prænominatis duabus Sanctimonialibus) intravit, quam in ordine binæ & binæ sequebantur DD. Procerum Regni Bohemiæ Conjuges, scilicet.

Domina Maria Maximiliana de Sternberg, nata Comitissa de alto Celler, in Bechina, & Budina &c. Suprema Regni Burggravia.

Domina Johanna Emilia Waldsteinia de Zerotin, in Huskopeczzech, Suprema Regni Bohemia Praefecta.

Domina Margareta de Talmberg, nata Trczkiana de Lippa, in Ratag, Supremi Judicis Regni conjux.

Domina Polyxena Lobkowskiana de Pernsteia, in Raudnicz supra Albin, Sedlczan, & Litomysl, supreni Cancellarij uxor.

Domina Lucia Ottilia Slawatiana de Nova-Domo, in Straz, Telcz, supreni Judicis Aule Regni Bohemia uxor.

Domina Susanna Elisabetha Comitissa de Turn, nata de Tiffenpacb, in Kranichsfeld, & Sternberg, Burggravij Carlsteinensis uxor.

Domina Elisabetta de Klenowa, & Janowicz, in Zinkow, Neo-Castri, & Brzezina, supreni Regni scriba uxor.

Domina Eva Kaplirzia de Slawkowa, in Neustopowicz, & Miliczin, Burggravij Districtus Regino-Hradecensis uxor.

Post

Post introitum prænominatarum Dominarum, mox fuit
œclsum Sacellum per Dominum Capitaneum Arcis Pragenis.

Imperatrix *Anna* ante Altare flexit, & oravit, & deinde ad Sedem rubrō holosericō testam, in medietate Sacelli stantem se posuit. Post Imperatricem etiam flexit & oravit prænominata Abbatissā & Principissā S. Georgij *Sophia Albinka*, deinde Imperatricem sedentem accessit, & ei humilem aggratulationem fecit. Proceres Regni Bohemiæ aliquamdiu ante fores Sacelli S. Wenceslai steterunt, deinde intrantes ad Sedem post Sepulchrum S. Wenceslai se posuerunt, & illorum uxores in Sede ante Sancti prænominati Sepulchrum manserunt.

In eodem Sacello S. Wenceslai, secundūm avitum & antiquum morem & consuetudinem prænominata Principissa S. Georgij Virgo *Sophia Albinka* Coronam suam consuetam Principalem auream, pretiosis lapidibus, & unionibus ornatam accepit, quam ejus capiti imposuit Suprema Regni Bohemiæ Cancellaria.

Quād primūm Imperatrix Sacellum S. Wenceslai intravit, mox etiam ex Aula Cæsarea, per prænominatas pergulas ad prænominatam Divi Viti Ecclesiam intravit magna multitudine Aulicorum, Comitum, Baronum, Equitum, post hos omnes Serenissimus Archidux Austriæ *Carolus*, Episcopus Wratislaviensis, quem sequebatur supremus Aulæ Cæsareæ Præfetus, *Dominus Fridericus Comes de Fürstenberg, Hailigenberg, & Werdenberg*, *Dominus in Hauzen, Kyntzgerthal, & Waytnow*, S. C. M. Intimus Consiliarius & Camerarius, post hunc sequebantur quinque *Feciales*, seu *Herolti*, in primis solus Austriæ, post illum ambo simul, Ungariæ & Bohemiæ, ultimò itidem duo Cæsarei in suis habitibus, in manibus suis portantes albos bacilos; post *Feciales*, seu *Heroltos* iverunt duo filii prænominati Supremi Regni Præfecti, Domini Comitis de *Fürstenberg*, scilicet *Dominus Wilbelmus &c. S. C. M. Camerarius*, & Consilius Imperialis Director, qui pomum aureum, & ex parte sinistra illius *Dominus Albicus &c. S. C. M. Camerarius*, Sceptrum portavit.

Illos

Illos sequebatur solus Supremus Aulæ Mareschallus, Dominus *Sigismundus de Lozenstein, in Loensteinlait, & in Swenda, Sac. Cæs. Majest. Consiliarius, Camerarius, supremus Venationum Præfetus in superiori Austria, & Archi-Ducis Austriæ Maximiliani Senioris Camerarius Ensēm evaginatum portavit*. Post quem perrexit Imperator *Mattbias in Cæsareo Paludamento, & Corona, inter tubarum, & tympanorum sonitum & clangorem, & se ad Thronum suum Cæsareum posuit*. In cujus sinistra parte steterunt prænominati *Feciales*, seu *Herolti* cum suis Regalibus. In dextera parte Throni stetit prænominatus supremus Sac. Cæs. Majest. Aulæ Præfetus *Comes de Fürstenberg, & Sac. Cæs. Majest. Supremus Camerarius, Dominus Leonhardus Helfrid de Mekau, L. B. de Kreycen, S. C. Majest. Intimus Consiliarius, & Capitaneus amborum Dominiorum Forchtenstakensis, & Eysenstadiensis*. Sacram Cæsaream Majestatem sequebantur Legati: *Hispacia, Venetiarum, Florentia, & hi quoque ad suas sedes se posuerunt*.

Quād primūm Imperator ad Templum venit, mox etiam Archi-Episcopus Pragensis *Joannes Lobelius*, cum alijs Prælati ex Sacraria exivit, & per modum Processionis ad Sacellum S. Wenceslai ivit. Ante quos deportata est magna Crux argentea, postmodum duo magna argentea candelabra cum accensis candelis. Post illos sequebatur Clerus, Decani, Præpositi, Abbates, Episcopi, & Metropolitanæ Ecclesiæ Canonici, & alijs extranei in ordine suo ibant, scilicet: *Joannes Schmidt, SS. Theologiæ Doctor, Canonicus Pragensis, Sac. Cæs. Majest. Capellanus. Georgius Concionator Metropolitanæ Ecclesiæ. Item Wenceslaus Egerus Bernharticzy, Præpositus S. Hippolyti penè Znoymam, qui Missale, seu Pontificale ante Archi-Episcopum tenuit*.

Andreas Wenceslaus Sceferius, Curatus Pontensis, & inibi Commendator.

Georgius Witassek, Curatus Pecowkiensis, *Joannes Haslinger* Sacristanus Ecclesiæ Metropolitanæ. Et hi quatuor inter Clerum Reliquias portarunt, & circa illos tex Cæsarei Ephebi faculas accenias. *Leonardus Kremling, Hieronymus Schönfeld, Caf-*

D d

parus

parus Seldnerus Egrâ, Prior Hoipitalis Crucigerorum cum Rubea Stella ad pedem pontis Pragensis, qui Pedum Archi-Episcopale tulit.

Josiphus Makarius de Merffelz, SS. Theologiæ Doctor, & Custos Metropolitanæ Ecclesiæ, & Cæremoniarius. Item tres Capellani Archi-Episcopi, M. Joannes Petrus Seboffowsky, Joannes Wagner, qui Insulam Arhi-Episcopo apposuit, & depositus.

Tobias Steinbach ex Monasterio Strahoviensi. Blasius Alexius de Waytenbach, Subdiaconum, Joannes Sixtus de Lerchenfeld, Diaconum egit, ambo Canonici Metropolitanæ Ecclesiæ.

Joannes Ctiborius Kotwa de Freyfeld, Olomucensis, & Brunensis Canonicus, Decanus Smecznensis. Zacharias Cruciger, Decanus Vetero-Boleslaviensis. Adamus Rudryß, Præpositus Chotieschoviensis, Melchior Romanus, Præpositus Doxanensis.

Simon Kłodomasky, Præpositus S. Margarethæ in Brzewnow. Daniel Ubru, Præpositus Litomericensis. Joannes Chrysostomus Kylian, Præpositus Vetero-Boleslaviensis.

Wolfgangus Zelender de Prossowicz, Abbas Brzewnoviensis in Braunov, Visitator Ordinis S. Benedicti in Bohemia & Moravia. Gregorius Link, Abbas Carlshoviensis. Fridericus Victorinus, Abbas Cladrubiensis. Paulus Martinus Bitovsky, Abbas Ostrovienensis, & ad S. Joannem sub Rupe. Adamus Benedictus Baworowsky, Abbas Emauntinus. Valentinus Augustus Ssenbek, Abbas Sanctæ Coronæ. Paulus Fornson Abbas Alto-Vadenensis. Casparus Questenberger, Abbas Strahoviensis. Andreas Ebersbach Abbas Teplensis.

Ultimò post prænominatum Clerum, & Prælatos, ievrunt simul *Simon Brosius Horsteinsky de Horstein*, Metropolitanæ Ecclesiæ Præpositus, & *Casparus Arsenius de Radbuza*, ejusdem Ecclesiæ Metropolitanæ Decanus, quos sequebantur duo Episcopi, scilicet, Episcopus Viennensis, & Neo-Stadiensis Dominus Melchior Klezl, S. C. Majest. Intimi Consiliij Director, & Episcopus quinque Ecclesiarum, ex Regno Hungariæ. *Joannes Biber*, S. C. Majest. Consiliarius. Post ipsos ultimò sequebatur Celsissimus Princeps, Archi-Episcopus Pragensis *Joannes Lobelius*, Sedis Apostolicæ Legatus. S. C. Majest. Consiliarius, & Crucige-

Crucigerorum cum rubea Stella per Boëmiam, Moraviam, Silesiam, & Poloniam Generalis Magister. Veniens Clerus ante Sacellum S. Wenceslai, statim iterum progressi sunt ad Ecclesiæ majus Altare, & prænominati Proceres, & Regij Locumtenentes accipientes Coronam, Pomum, & Sceptrum de Altari S. Wenceslai, cum his, ante Imperatricem egressi sunt ex Sacello, & ex parte se collocarunt. Archi-Episcopus Pragensis proprius ad januam Sacelli accedens, supra Imperatricem intrâ januam stantem, hanc dixit orationem:

Omnipotens sempiterne Deus, qui Famulam tuam Annam Regni fastigio dignatus es sublimare, tribue quasumus ei, ut ita in bujus facili cursu, cunctos in omni salute disponat, quatenus à tua veritatis tramite non recedat. Per Iesum &c.

Absolutâ hac oratione, inter tympanorum, & tubarum clangorem, Clerus processit ad majus Altare in ordine, post quos (remanentibus prænominatis duobus Episcopis penè Sacellum Divi Wenceslai) ivit Archi-Episcopus Pragensis, quem duo Presbyteri sequebantur

Post Archi-Episcopum ivit supremus Regni Boëmiae Scriba Dominus Joannes de Klenowa, & Janovicz, Dominus in Zinkov, Neo-Castri & Brzezina, Sac. Cæl. Majest. Consiliarius, & Sceptrum aureum portavit, & penè ipsum ex parte dextera prænominatus Dominus Adamus Hrzan, Burggravius Carlsteinensis, ex parte sinistra Dominus Casparus Kaplitz de Sulevicz, Dominus in Neustopov, Woticz, & Milczin, Sac. Cæl. Majest. Consiliarius, & Burggravius Districtus Regino-Hradecensis. Hos sequebatur Supremus Regni Judex, Dominus Georgius de Talmberg, Dominus in Jankov, & Nemyšl, portans aureum pomum. Et penè ipsum in parte dextera Dominus Wilhelmus Slawata de Chlum, & Kosšemberg, Dominus in Nova domo, Telcz, Straz, & Bisericzij, Sac. Cæl. Majest. Camerarius, supremus Judex Aulæ Regiæ Bohemiæ, & Præses Cameræ Bohemicæ; in parte sinistra, Dominus Henricus Matthias Comes de Turn &c. Burggravius Carlsteinensis. Post ipsos ivit Dominus Adamus de Sternberg,

Sternberg, Dominus in Bechina, Libochovicz, Budina, Coronam Regni Bohemiæ portans, & penè ipsum ex parte dextera prænominatus supremus Regni Bohemiæ Præfetus, Dominus Adamus de Waldstein, cum Regimine, & ex parte sinistra Supremus Regni Bohemiæ Cancellarius, Dominus Zdenko de Lobkovicz, Dominus in Cblumecz, Gistebnicz, Raudnicz, Sac. Cæs. Majest. omnes Consiliarij. Hos sequebatur Imperatrix inter duos prænominatos Episcopos suos Assistentes, in dextera ivit Episcopus Melchior Klezl, & alter in sinistra. Post Imperatricem ivit Principissa S. Georgij Virgo Sophia Albinka, sola sub Corona, quam sequebantur Dominorum Procerum prænominatæ uxores in ordine binæ & binæ; præcessit has suprema Burggraviana cum supra Regni Præfecta, & deinde aliæ ordine. Postquam deventum est ad Chorum, & Imperatrix ad suum Thronum genuflexisset, & Proceres Regni Sceptrum, Pomum, & Coronam ad summam Aram posuissent, mox Sacra Cæsarea Majestas Imperator habens in capite Coronam, & accipiens ad manum dexteram Pomum aureum, & ad sinistram Sceptrum, de Throno suo, sicuti & Imperatrix de suo surrexit, & ad magnum Altare ivit, quam comitabantur prænominati duo Episcopi assistentes; Imperatricem sequebatur Principissa S. Georgij, post quam flexit; Imperatrix ex parte dextera, Imperator ex parte sinistra flexit. Imperator ita allocutus est Archi-Episcopum Pragensem: Reverende Pater, postulamus, ut Consortem nostram, nobis à Deo conjunctam, benedicere, & Coronâ Regali decorare dignemini, ad laudem & gloriam Salvatoris nostri Iesu Christi.

Absolutâ hac petitione, Imperator iterum ad suum Thronum rediit, & ad illum veniens, Pomum & Sceptrum Domini Comitibus de Fürstenberg tradidit. Supra Imperatricem genu flectentem inter duos Episcopos ante summam Aram, post quam flexit Principissa S. Georgij, sicuti & flexit totus Clerus, & omnis populus, Archi-Episcopus Litanias de Omnibus Sanctis oravit, & postquam pervenisset ad illos versus, in quibus respondeatur: Te rogamus audi nos. surrexit, & tenens in manu dextera Baculum Pontificale, has duas benedictiones clarâ

voce

voce supra Imperatricem dixit: Ut hanc electam in Reginam Coronandam benedicere digneris. Ut hanc electam in Reginam Coronandam benedicere, & conservare digneris. Respondit Clerus, & alij supra ambos versus: Te rogamus audi nos. Post decantatos duos hos versus, iterum genuflexit Archi-Episcopus, donec totas Litanias absolvisset; absolutis Litanis, iterum surrexit, & supra genu flectentem Imperatricem, hanc dixit orationem:

Omnipotens sempiterne Deus, hanc famulam tuam Annam celestibenedictione sanctifica, & quam in adjutorium Regni Reginam eligimus, tua ubique sapientia doceat, & confortet, atque Ecclesia tua fidelem famulam semper agnoscat. Per eundem Dominum &c.

Praetâ hac oratione, prænominatus Archi-Episcopus incipit Præstationem: Per omnia secula seculorum. Respondit Chorus: Amen. Dominus vobiscum. Chorus: Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Chorus: Habemus ad Dominum. Gratias agamus Domino Deo nostro. Chorus: Dignum & justum est. Verè dignum & justum est, aequum & salutare, nos tibi semper & ubique gratias agere, Domine sancte, Pater omnipotens, eterne Deus, cunctorum bonorum auctor & distributor, benedictionumque omnium largus infusor, tribue super famulam hanc Reginam Annam benedictionis tuae copiam, & quam humana electio sibi praefesse gaudet, tua superna benedictionis, & electionis infusio recumulet. Concede ei Domine autoritatem Regiminis, Consilij magnitudinem, sapientie, prudentie, & intellectus abundantiam, religionis & pietatis custodiam, quatenus mereatur benedici & augmentari in nomine ut Sara, visitari & facundari ut Rebecca, contra omnia omnium vitiorum muniri monstra ut Judith, in regimine Regni eligi ut Esther, ut quam nititur humana fragilitas benedicere, caelitis potius intimi roris repletat infusio: Et quæ à nobis eligitur, & benedicitur in Reginam, à te mereatur obtinere premium eternitatis perpetua, & sicut ab hominibus sublimatur in nomine, ita à te sublimetur fide & operatione. Illo eam sapientie tua rore perfundere, quem beatus David in reprobatione, & filius ejus Salomon percepit in locupletatione: Sis ei Domine contra cunctorum ieiuniorum lorica, in adversis galea, in prosperis sapientia, in protectione clypeus sempiternus. Sequatur pacem, diligat charitatem, abstineat ob omni impietate, loquatur justitiam, custodiat veritatem, sit

sit cultrix justitiae & pietatis, amatrix Religionis, vigeatque praesenti benedictione in hoc aeo annis plurimis, & in sempiterno sine fine eternis, per Christum &c. qui tecum &c.

Peractis his orationibus, Imperatrix iterum (quam in omni hoc actu Coronationis sequebatur Virgo Principissa S. Georgij) ab Archi-Episcopo deducta est ad suum Thronum, in quo iterum genuflexit. Supra quod statim Cæsarei Musici *Introitum* cecinerunt, sicut & *Kyrie*, & *Et in terra &c.* Epistolam penes Altare cecinit Canonicus Pragensis, Dominus *Blasius Alexius de Waynback* agens Subdiaconum. Quando *Alleluia* debebat cantari, musica conticuit, & Imperatrix iterum ab Episcopis prænominatis deducta est ad altare, ubi flexit, & à Principissa S. Georgij pro unctione disponebatur, & ab Archi-Episcopo in primis oleo consecrato in manu dextra inter juncturas, & deinde inter scapulas ungebatur, dicendo hanc Orationem:

Spiritus Sancti gratia humilitatis nostra officio in te copiose descendat, ut sicut manibus nostris (licet indignis) oleo materiali oblinita pinguefcis exteriùs: ita ejus invisibili unguine delibata impinguari merearis interiùs, ejusque spirituali unctione perfectissime semper imbuta, & illicita declinare tota mente & spernere discas & valeas, & utilia anima tua jugiter optare atque operari queas, & opereris auxiliante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre &c.

Finita hac oratione, Principissa S. Georgij *Sophia*, de corpore Imperatricis hoc consecratum oleum gossipio detergit; prænominatus Archi-Episcopus stans ante Imperatricem, hanc dixit Orationem:

Deus, qui solus habes immortalitatem, lucemque inhabitas inaccessibilem, cuius providentia in sua dispositione non fallitur, qui fecisti ea, qua futura sunt, & vocas ea, qua non sunt, sicut ea, qua sunt, qui superbis aquo moderamine de principatu dejicis, atque humiles dignanter in sublime provebis, ineffabilem misericordiam tuam supplices exoramus, ut sicut Hester Reginam Israëlis, causâ salutis de captivitatis sua compede solutam ad Regis averteri thalamum, Regnique sui consortium transire fecisti: ita banc famulam tuam Annam humilitatis nostra benedictione, Christiana plebis salutis gratiam, ad di-

gnam

gnam sublimemque Regis nostri copulam, Regnique sui participem misericorditer concedas, & ut in regali fædere conjugij semper permanens pudica proximam virginitatis palmam continere queat, tibi Deo vivo & vero in omnibus, & super omnia jugiter placere desideret, & te inspirante, qua tibi placita sunt, toto corde perficiat, per Christum Dominum nostrum, Amen.

Peracta hac oratione Regina Anna post majus Altare, ubi omnia tapetibus erant tecta, & clausa, comitante ipsam supremo Aulæ Præfecto usque ad cortinas, ivit sub his cortinis Principissa S. Georgij *Sophia*, de corpore Reginæ consecratum oleum plenè iale, & similâ, & gossipio detergit, & Reginam circa manus, & collum fibulavit, & nooavit; postmodum Reginam iterum à duobus Episcopis, præeunte supremo Aulæ Præfecto, ad majus Altare comitata fuit, atque quod genu flexit.

Prænominata Principissa S. Georgij accipiens ab Altari Coronam, eam prænominato supremo Regni Bohemiæ Burggravio porrexit, & ille illam Archi-Episcopo in manus tradidit, ipse autem supremus Burggravius vertens se ad populum, ita locutus est: *Cum Dominus Deus ex sua sancta gratia concedere dignatus est, quod Sac. Cæs. Majest. Romanorum Imperatrix, Hungariæ & Boëmiæ Reginæ, Domina nostra Clementissima, hodie in Reginam Bohemiæ Coronari debeat. Unde Illustrissimas ac Excellentissimas Dominationes Vestras, & Vos tres Dominos Regni Bohemiæ Status, secundum laudabilem antiquam consuetudinem interrogo: An vestra unanimis sit voluntas, ut Regia Majestas Coronetur?*

Respondete: quod sit. Et magnus numerus de Statibus respondit: *Est! Est! Est!* Et sic mox Archi-Episcopus, simul cum Principissa S. Georgij, & prænominato Supremo Regni Boëmiæ Burggravio, supra caput Reginæ Coronam Regiam imposuerunt, & Archi-Episcopus hanc Orationem dixit:

Accipe Coronam Regalis Excellentia, ut scias te esse consortem Regni, populoque Dei semper propere consulas, & quanto plus exaltaris, tanto amplius humilitatem dirigas & custodias in Christo Iesu Domino nostro.

Post

Post impositam Capiti Reginæ Coronam, prænominata Principissæ S. Georgii de Altari accepit aureum Pomum, & Sceptrum; Pomum dedit prænominato Supremo Regni Judici, Sceptrum Supremo Regni Bohemiæ Scribæ, qui ambo hæc Arhi-Episcopo tradiderunt, & ille primum Pomum ad manum sinistram, & Sceptrum ad manum dexteram Reginæ dedit, & hanc orationem dixit:

Accipe Virgam Virtutis, & eis pauperibus misericors, & affabilis, Viduis, Pupillis, & orphanis diligentissimam curam exhibeas, ut Omnipotens Deus augeat tibi gratiam suam, qui vivit & regnat in facula seculorum.

Peraetta hac Cæremoniâ, Reginæ sub Corona, gestans in manibus Pomum & Sceptrum, comitata est à duobus Episcopis & se sequente Principissæ S. Georgij ad suum Thronum, in quo stare dignata est. Ad quem Thronum accessit Archi-Episcopus, & genu flexus ad lævum cornu Throni librum posuit, hunc sermonem dixit: *Sta, & retine amodò locum tibi à Deo delegatum per autoritatem Omnipotentis DEI, & per præsentem traditionem nostram, omnium scilicet Episcoporum, cæterorūmque servorum Dei: Et quantò Clerum Sacri Altaris propinquiores prospicis: tantò ei potiorem in locis congruis honorem impendere memineris, quatenus mediator Dei & hominum te mediaticem Cleri & plebis in hoc Regali solio confirmet, & in Regno æterno secum regnare faciat JESUS Christus Dominus noster, Rex Regum, & Dominus Dominantium, qui cum Deo Patre &c.*

Peraetta hoc sermone, statim Archi-Episcopus adhuc fletens intonavit: *Te Deum laudamus, quod decantatum est in clangore organi, tympanorum, & tubarum. In Arce Pragensi, sicuti & in alijs omnibus Ecclesijs Triurbis Pragensis decantatum etiam est Te Deum laudamus inter pulsum campanarum, & omnes Deum orârunt pro salute, & incolumitate Reginæ, & tormenta ubique resonabant. Tempore illo Reginæ tradidit aureum Pomum prænominato Supremo Regni Judici, Sceptrum Supremo Regni Scribæ, qui, sicuti & alij Regni Proceres, & Regij Locumtentes, ad sinistram partem Throni stabant,*
ipsa

ipsa autem Reginæ genuflexit. Peractô *Te Deum laudamus*, ad majus Altare Evangelium cecinit Dominus Joannes Sixtus, & decantatô Evangelio, Missale ad osculum Sancti Evangelij detulit Episcopus Klezl primò Imperatori, deinde Imperatrici, & Reginæ, & ultimò Archi-Duci Carolo. Deinde decantatum est *Credo &c.* Sub cantu Offertorij, Reginæ sub Corona Regia, Eam comitantibus prænominatis duobus Episcopis, & se sequente Principissâ S. Georgij, majus Altare accessit, & Archi-Episcopo aureum nummum obtulit, & ad Altare posuit, & iterum ad suum Thronum rediit. Deinde tam Imperator, quam Imperatrix & Reginæ Coronam depositus, quam levans, Coronam Imperatoris Dominus *Henricus de Limpurk*, S. C. M. Aulicus Consiliarius, & hæreditarius Pocillator; Imperatricis, & Reginæ Supremus Regni Cancellarius cum Principissâ S. Georgij, & ipsam à parte sinistra Throni tenuit.

Post Offertorium, quando decantatum fuit *Agnus Dei*, pacem osculandam dedit Imperatori, & Imperatrici Episcopus Klezl, & secundò reboabant tormenta.

Quando Imperatrix, & Reginæ volebat communicare, & Sacram Eucharistiam sumere, deducta est à prænominatis duabus Episcopis ad summum Altare, ubi ad tertium gradum Altaris flexit, & communicavit, ante quam album linteum tenuerunt Domini Supremus Regni Burggravius, & Supremus Aulæ Præfectus.

Ab solutis in Ecclesia Divinis, & peractâ feliciter, & pacifice solemnî Coronatiōne, ex prænominata Ecclesia primò Domini Status Regni Bohemiæ, post ipsos S. C. M. Aulici, & inter ipsos in medio tubicines Cæsarei, qui continuò tubis inflabant, & tympana pulsabant, & ultimò Archi-Dux *Carolus ivit*. Archi-Ducem sequebantur modò prænominatō *Feciales*, *Ien. Henroti*, post ipsos *Comitis Fürstenberg*, prænominati dico filii penes se cum Pomo aureo, & Sceptro, quos sequebatur Dominus prænominatus *Henricus de Limpurk*, & pulvillum aurō textum, in quo Corona Imperatoria depopebatur, portavit. Post ipsum Dominus Mareschallus Aulicus evaginato Enie, & deinde Sacra Cæsarea Majestas Coronam in capite gestans

ivit. Sacram Cæstaream Majestatem sequebantur prænominati DD. Legati. Post ipsos primò iverunt Regni Bohemiæ Proceres, & Regij Locumtenentes, & ultimò post ipsos Supremus Aulæ Præfetus Regni Bohemiæ cum Regimine, & post illum Imperatrix & Regina, gestans in capite Regiam Coronam, & in manu dextra Scepturn, in sinistra Pomum, quæ à duobus Episcopis, & se sequente Principissa S. Georgij, usque ad januam Ecclesiae fuit comitata; indè sola ad Palatium Arcis Pragensis, per novam sub officio Judicij Cameratici erëctam pergulam, inter tormentorum, & bombardarum explosiones, pannò albò & rubrò stratam, post Imperatorem primò ad suam Regiam Cameram, quæ penè tabulas Regni erat pre-tiosis tapetibus exornata, ivit; ubi tam Imperator suum Cæstareum habitum, & Coronam de capite, Pomum, & Scepturn, quam Regina etiam Coronam, Pomum, & Scepturn depo-suit, & Supremis Regni Proceribus extradidit, & deinde ex hac Regia Camera simul Imperator & Imperatrix iverunt deorsum ad Palatium, & indè ad Judicij Regni cubiculum, in quo convivium debebat celebrari. Ante Reginam deorsum Supremus Regni Scriba Scepturn, Supremus Judex Pomum aureum & Supremus Regni Cancellarius Coronam Bohemiæ deportarunt, & illa in Tabula Regia in una deaurata pelvi de-posuerunt.

Nihilominus & prænominatorum Regni Bohemiæ Procerum uxores, sicuti antea ad Ecclesiam, sic & deinde ex Ecclesia ad Cameram Regiam, & iterum ad Regni cubiculum Imperatricem ad convivium sequebantur, & comitabantur.

Pro hoc Regio Convivio in prænominato cubiculo, præter Tabulam Cæstaream & Regiam, sicut factum est in Coronatione Imperatoris & Regis Bohemiæ *Mariæ*, quod aliæ undecim mensæ, seu tabulæ pro Supremis Regni Proceribus erant præparatae, sic & nunc in hac Coronatione Reginæ *Anne* totidem tabulæ pro illorum uxoribus debebant poni, quia autem huic Coronationi non omnes poterant adesse, solum octo erant positaæ.

Et

Et cùm tempus Convivij appropinquaverit, circa horam primam, Imperator cum Imperatrice ad suam tabulam penè se sub splendidissimo baldachino posuerunt, & ex parte dextra hujus tabulæ Archi-Dux *Carolus*, ex parte sinistra loco hereditarij Dapiferi Regni Bohemiæ Domini *Joannis Sezima de Sezimowa*, Domini in *Austa*, & *Ausby*, S. C. M. Consiliarij, & Supremi Regni Bohemiæ Camerarij, qui ægrotabat, ipsius Amicus Dominus *Joannes Petrus Sezima de Sezimowa*, & Hereditarius hujus Regni Pincerna *Joannes de Wartemberg*, Dominus in *Nova Arce*, & *Kameniz*, sicuti & alij Supremi Regni Proceres inserviverunt.

In alijs octo præparatis tabulis, federunt Supremorum Procerum Regni uxores, & Herulæ, quas una quæque Domina sibi selegit, & invitavit.

In hac ergo prima Tabula.

In primo loco sedit uxor Supremi Regni Bohemiæ Burggravij. Post hanc

Domina Elisaberba de Lobkowicz, relicta vidua quondam Domini *Christopheri de Lobkowicz* Supremi Regni Prefecti uxor.

Domina Joanna Sswibowskiana de Slaupna, uxor Domini *Theobaldi Sswibowsky de Ryzmberg*, & *Sswibow*, *Horazdegowicz*. S. C. M. Consiliarij.

Domina Maria Eusebia de Martinicz, nata de *Sternberg*, uxor Domini *Jaroslai de Martinicz*, in *Smeczna*, & *Wokorz*, S. C. M. Consiliarij, Camerarij, & Aula Regia in Regno Bohemiae *Marechalli*.

Domina Veronica Kolowratiana de Duba, & *Lippa*, uxor Domini *Heralti Wenceslai Libsteinsky de Kolowrat*, in *Janowicz*, & *Zissow*, S. C. M. Consiliarij.

Virgo Herula Maximiliana, Comitissa de Fürstenberg.

Virgo Herula Cunegundis Elisabetha de Sternberg.

Herula Ludmilla Wratislaviana de Mitrowicz.

In altera Tabula federunt.

Domina Susanna de Rogendorff, uxor Domini *Sigismundi de Losensteyn*.



Domina Eva Comitissa de Hobenloë, nata de Waldstein, uxor Domini Comitis de Hobenloë, & Langenburk, Domini Arcis Neo Boleslavensis, Cosmonos, & Krulich, S. C. M. belli Consiliarij, Camerarij.

Domina Barbara Kewenbilleriana, nata Teyffiana de Kundendorff, uxor Domini Augustini Kewenbiller de Aichlberk, Comitis de Frankenburk &c. Hereditarij Stabuli Prefecti in Carinthia.

Domina Anna Zarubiana de Waldstein, uxor Domini Caroli Senioris Zaruba, de Husirzan in Sedcz, & Radim.

Domina Polyxena Sternbergica de Waldstein, uxor Domini Adami Junioris de Sternberg in Patek.

Herula Jobanna de Donin.

Herula Catharina de Waldstein, filia quondam Domini Joannis de Waldstein, Supremi Regni Bohemia Camerarij.

Herula Maria de Sternberg, filia Domini Stephani Georgij &c.

In tertia Tabula federunt.

Domina Polyxena Zagicowa de Minkwicz, uxor Domini Joannis Zbinkonis de Hazmburk, in Brozan, S. C. M. Consiliarij, Appellatum Präfidis in Arce Pragenſi, Supremi Dapiferi Regni Bohemiae.

Domina Dorothea de Wrbty, nata de Waldstein, uxor Domini Sezymae de Wrbty, in Wrchowicb, Janowicz, & Krzessycz, S. C. M. Consiliarij.

Domina Helena Trnowanska, de Raupowa, uxor Domini Wenceslai Wilhelmi de Raupowa, in Trnowan, & Zitenicz, S. C. M. Consiliarij & Camerarij.

Domina Maria Benigna Talmberkiana de Lobkowicz, uxor Domini Friderici de Talmberg, S. C. M. Consiliarij.

Domina Ludmilla Zarubiana de Lobkowicz, relicta vidua, quondam uxor Domini Wenceslai Zaruba de Husirzan.

Herula Ludmilla Catharina de Talmberg, filia pronominati Supremi Regni Bohemiae Judicis.

Herula Eliška de Duba, filia Domini Caroli de Duba, in Pyffeli, Swogoffycz, & Zaleffan, S. C. M. Consiliarij.

In



In quarta Tabula federunt.

Domina Maria Comitissa de Mansfeld, nata Manrique de Lar, uxor Domini Comitis Brunonis de Mansfeld, S. C. M. Consiliarij, Camerarij, & Casare & Guardie Capitanei.

Domina Justina Stubenbergeriana, nata de Celink, uxor Domini Rudolphi de Stubenberg, in Nova Civitate supra Metum, hereditarij Pocillatoris Ducatus Styria S. C. M. Camerarij.

Domina Benigna de Lobkowicz, uxor Domini Wilhelmi junioris de Lobkowicz, in Bilina, S. C. M. Consiliarij.

Domina Helena Krakowska de Kolowrat, nata Strzelowna de Rokycz, uxor Domini Caroli Krakowsky, in Kowanicz.

Domina Euphrosina de Ulma, nata Ssebin de Mittelbibrach, uxor Domini Joannis Ludovici de Ulma, in Marpach, Mittelbibrach, & Superiori Sulmedink &c. S. C. M. Consiliarij intimi, & Imperij Vice-Cancellarij.

Herula Liduška, Comitissa de Salm, filia quondam Domini Weykharti, Comitis de Salm in Towaczow, S. C. M. Consiliarij.

Herula Albertina, Comitissa de Fürstenberg.

Herula Francisca, Comitissa de Mansfeld, filia pronominati Domini Brunonis Comitis de Mansfeld.

Herula Josska de Kolowrat, filia quondam Domini Wenceslai Buſtiebradfsky de Kolowrat.

In quinta Tabula federunt.

Domina Catharina de Wartemberg, nata Comitissa de Mansfeld, relicta vidua post mortem Domini Caroli de Wartemberg.

Domina Jobanna Pruskowska, nata de Sulewicz, uxor Domini Udalrici Desiderij Pruskowsky de Pruskowa, Vetero-Castri, seu na Starých Žradech/ S. C. M. Camerarij.

Domina Anna Sybilla, Comitissa de Mansfeld, nata de Wartemberg, relicta vidua post mortem Domini Ernesti Comitis de Mansfeld.

Domina Elisabetha de Kolowrat, nata de Lobkowicz, uxor Domini Henrici de Kolowrat, in Zichowicz, Sac. Ces. Majest. Consiliarij, Urbis Neo-Pragensis Capitanei, & Archi-Ducis Austriae Alberti Camerarij.

Domina

Domina Dorothea de Rziczan, nata de Sulewicz, uxor Domini Joannis Litwini de Rziczan in Horzowicz, S. C. M. Consiliarij.

Domina Maria Slawatiana, nata de Waldstein, uxor Domini Joachimi Slawatæ de Chlum & Koszmerk, in Hluboczerp, Austria Archi Ducis Leopoldi Camerarij.

Domina Anna Maria de Lobkowicz, in Besskowicz, & Koſt.

Herula Elisabetha de Martinicz, filia Domini Jaroslai de Martinicz &c.

Herula Elisabetha, & Herula Catharina de Wartemberg, filia, suprà nominati Domini Caroli de Wartemberg.

In sexta Tabula federunt.

Domina Elisabetta de Limburk, nata Comitissa de Erpacb, uxor prenominati Domini Henrici de Limpurk.

Domina Barbara de Polbaym, nata de Prandek, uxor Domini Cunradi de Polbaym, S. C. M. Aulicae Camerae Presidis, & Imperialis Aule Consiliarij.

Domina Agnes de Herbrstein, vidua, nata de Kragku.

Herula Eva Regina, & Herula Regina Christina de Losenstein, filia prenominati Domini Mareschalli Aulici.

Herula Elisabetha Teyffiana.

Herula Maria Elisabetta de Polbaym, prenominati Domini Presidis Camera Aulica filia.

Herula Regina Elisabetta, & Herula Jobanna Ursula sorores de Koncyn.

In septima Tabula federunt.

Domina Mariana Czerniniana de Swarowa, uxor Domini Hermanni Czernin de Chudenicz, in Nibilow, S. C. M. Consiliarij, Archiducis Austria Ferdinandi Camerarij, & Vetero-Pragensis Capitanei.

Domina Anna Czerniniana de Chudenicz, uxor prenominati Domini Dionysij Czernin &c.

Domina Maruška Suchomatska de Horzowicz, uxor Domini Petri Suchomatsky.

Domina

Domina Eliška Kokorowcziana de Ssenfeld, uxor Domini Adami Georgij Kokorowecz de Kokorowa, in Zluticz, Sstiablaw, & Proborz.

Domiina Elizabetha Zdarska, nata Berkiana de Duba, & Lippa, uxor Domini Joannis Georgij Zdarsky de Zdar, in Kladno, & Augerd.

Domina Anna Rabowa, nata Korzenskiana de Tereffow, uxor Domini Zacharie Koba de Kybnan, S. C. M. Consiliarij, & Burggravij Arcis Pragensis.

Domina Elisabetha Bukowanska, nata Smrczkowna, de Mnich, uxor Domini Joannis Bukowansky Pinthy de Bukowan, in Bukowan, Kraſſowicz, Vice-Scriba Regni Bohemia.

Herula Benigna de Klenowa, & Janowicz.

In octava Tabula federunt.

Domina Salomena Gerſtorffiana de Reybicz, uxor Domini Udalrici Gerſtorffi de Gerſtorff, & Malſwicz, in magno Wosow, & Sskrzipli, S. C. M. Consiliarij, & Procuratoris Regni Bohemia.

Domina Helena Gerſtorffiana, nata Manswickiana de Armreyk, uxor Domini Nicolai Gerſtorffij, in magno Horkach, e Rokytal, S. C. M. Consiliarij, Supremi Capitanei omnium Bonorum Regis in Regno Boemie, & Capitanei Comitatū Glacensis.

Domina Eva Czerniniana de Pabienic, uxor Domini Humperti Czernin de Chudenicz, in Przicz, Vice-Camerarij Regni Bohemia.

Domina Eva Pietipeska de Audrze, relictæ vidua post Dominum Joannem Albereum Pietipesky.

Herula Elisabetha de Wrzesowicz.

Herula Ludmilla Audrcka de Audrce.

Herula Elisabetha Gerſtorffka de Gerſtorff, & de Malſwicz.

Herula Elisabetha de Biela.

Aliæ tabulæ in alijs Arcis cubiculis pro Supremis Regni Proceribus &c. paratæ erant. Populo in area stanti datum est vas vini &c. Abſolutō conviviō Imperator & Imperatrix, ante quos Inſignia portabantur Regia, coſitantibus Regni Proceribus, eorūmque uxoribus ad aulas suas redierunt. Regalia poſtmodum reportata ſunt in Arcem Carlsteinensem.

Sed

Sed jam iterum ad Reginam *Annam* prænominatam redeamus.

Annō 1614. *Boëmo-Budvicij*, Augustissima Imperatrix *Anna*, Regina Boëmiæ, Cæsar is *Matthia* Coniux, incepit PP. Capucinis Monasterium, & Ecclesiam in honorem *S. Anne* ædificare. Annō 1618. 14. Decembris, *Anna Matthia* Cæsar is Coniux Viennæ in Domino obiit, & *Matthias Cæsar* ibidem 1619. 20. Martij.

LVI
Prima
uxor
Ferdi-
nandi
II.

MARIA ANNA, *Wilhelmi Ducis Bavarie* filia, nata est 1574. deinde facta prima coniux *Ferdinandi II. Caroli II.* Filij. an. 1578. nati, in Regem Bohemiæ 1617. Ungariæ 1518. in Imperatorem Romanorum Francofurti 1619. coronati.

Annō 1617. Imperator *Matthias*, non habens ullam Problem, de Successore ex Familia sua deligendo cogitat, Comitiæque Regni cogit, electus est (non tamen sine controversijs) *Ferdinandus Archi-Dux Austriæ*, & ab Archi-Episcopo Pragensi *Joanne Lobelio* annō 1617. 29. Junij coronatus. *Ferdinandus II.* cecidit *Fridericum V. Palatinum* annō 1620. æmulum suum, & alterum *Gabrielem Betleum* Principem Transylvaniæ, & *Georgium Fridericum Marchionem Durlacensem*, & *Ducem Christianum*, *Ducem Brunsvicensem*, & *Mansfeldum* annō 1622. & rusticos Austriæ 1625. & *Christianum IV. Daniæ* Regem 1626. humiliavit *Carolum de Nevers* *Ducem Mantuæ* 1630. fugatus ipse à Rege Sveciæ *Gustavo Adolpho* ad Lipsiam 1631. prælium cum eodem Rege ad Lutzen commisit 1632. in quo Rex Sveciæ periit. Iterum cæsus est à Duce Luneburgensi an. 1633. obtinuit ingentem victoriam ad Nördlingam annō 1634. obiit anno 1637.

Ferdinandus II. Imperator, & Rex Bohemiæ, ex prima Coniuge prænominata *Maria Anna*, *Wilhelmi Ducis Bavarie* filia, genuit sex proles; quarum hæc sunt nomina.

I. *Christina* obiit puellula, nata 1601. 25. Maii.

II. *Joannes Carolus* natus annō 1605. 1. Novembris, obiit 1619. 16. Decembris.

III. Fer-

III. *Ferdinandus III. Ernestus*, natus 1608. deinde Rex Ungariæ 1625. Rex Bohemiæ 1627. Romanorum Rex 1636. coronatus Ratisbonæ. Obiit annō 1657. 2 Aprilis.

IV. *Maria Anna* nata 1610. uxor Maximiliani I. Bavariae Ducis. Obiit 1665. 28. Septembris.

V. *Cecilia Renata*, nata annō 1611. uxor deinde *Wladislai V. Regis Poloniæ*, obiit 1644. 13. Martij, ejus maritus 1648. 10. Maii.

VI. *Leopoldus VI. Wilhelmus*, natus 1614. deinde Episcopus Argentinensis, Passavensis, Halberstadiensis, Olomucensis, Magister Generalis Ordinis Teutonici, Gubernator Belgij ab anno 1646. usque ad ann. 1656. obiit 1662. 20. Novemb.

Maria Anna Wilhelmi Ducis Bavarie filia, nata 1574. 18. Decembris nata, *Ferdinando II.* matrimonio juncta 1600. 23. Aprilis, prima uxor, mater sex prolium obiit 1616. 8. Mart.

ELEONORA VINCENTII Mantuæ Ducis filia, secunda coniux *Ferdinandi II.* in matrimonium ei data annō 1622. 4. Februarij, coronata est in Reginam Bohemiæ annō 1627. 21. Novembris in Metropolitana Divi Viti Ecclesia ab Archi-Episcopo Pragensi *Ernesto Adalberto Cardinale* ab Harrach, & Princissa S. Georgij *Sophia Albinka de Helfenburg*. Obiit hæc Regina anno 1655. 27. Junij. Imperator *Ferdinandus II.* 15. Februarij 1637. pie in Domino Viennæ obiit, ætatis suæ ann. 59.

MARIA PHILIPPI III. Regis Hispaniæ filia, desponsata est 1630. *Ferdinando III. Ferdinandi II.* filio, annō 1608. nato, Regi Ungariæ 1625. Regi Bohemiæ 1627. Coronato, quicunq; Maria prænominata nuptias celebravit Viennæ ad initium anni 1631. quæ *Ferdinando III.* marito suo genuit sequentes proles, quarum hæc sunt nomina.

I. *Ferdinandus IV. Franciscus*, natus annō 1633. 8. Septembris, Rex Bohemiæ 1646. 5. Augusti, Ungariæ 1647. 16. Junij Romanorum Rex Ratisbonæ an. 1653. 24. Maii electus, item Ratisbonæ eodem anno 1653. 8. Junij coronatus. Obiit in variolis anno 1654. 9. Julij, fundavit Collegium Swidnicense PP. Societ.

F f

II. Ma-

LVII.
Secunda
uxor
Ferdi-
nandi II.

LVIII.
Prima
uxor
Ferdi-
nandi II.

II. *Maria Anna* nata 1634. 22. Decembris, deinde *Philippi IV.* Regis Hispaniae uxor anno 1649. 8. Novembris, qui obiit anno 1665. 17. Septembris.

III. *Philippus Augustinus*, natus 1637. 15. Julij, obiit 1639. 29. Junij.

IV. *Maximilianus Thomas*, natus 1638. 20. Decembris, obiit 1639. 6. Julij.

V. *Leopoldus I. Ignatius, Franciscus, Baltasar, Josephus, Felicianus*, natus anno 1640. 9. Junij, deinde Rex Hungariæ 1655. 27. Junij, Rex Bohemiæ 1656. 14. Septembris, Romanorum Imperator 18. Julij electus, & 5. Augusti anno 1658. Francofurti coronatus.

Obiit *Maria Philippi III.* Regis Hispaniae filia, prima coniux *Ferdinandi III.* Regina Bohemiæ anno 1646. 13. Maii.

LIX. MARIA LEOPOLDINA, *Leopoldi V. Tirolensis, & Archidu-*
Secunda uxor Ferdinandi III. *cis Austriæ filia, uxor secunda Imperatoris Ferdinandi III. ei*
nupta anno 1648. 2. Julij. *Maria Leopoldina, secunda uxor*
Imperatoris Ferdinandi III. peperit filiolum nomine Ferdinandum Carolum Josephum, anno 1649. 8. Augusti, alij 19. Augusti.
Mater Maria Leopoldina post partum eadem die obiit. Carolus Josephus ejus filius deinde factus est Episcopus Passaviensis & Olomucensis, Magister Generalis Teutonici Ordinis, obiit anno 1664. 27. Januarij Linczi.

LX. ELEONORA, *Caroli II. Ducis Mantuani filia, nata est an-*
Tertia uxor Ferdinandi III. *nō 1629. 18. Novembris, in matrimonium data pro tertia*
uxore *Ferdinando III. anno 1651. 30. Aprilis. Annō 1653. 4. Au-*
gusti prænominata Eleonora in Imperatricem Romanorum Au-
gustæ 1653. 4. Augusti est coronata, anno 1656. 11. Septem-
bris, in Reginam Bohemiæ ab Archi-Episcopo Pragensi Ernesto
Adalberto Cardinale ab Harrach, Principissa S. Georgij Justina
Anna Ettlin de Rosnfels, & Supremo Regni Burggravio Coro-
nata, quæ Regina in recognitionem, & memoriam, pulchram
auro textam togam Monasterio S. Georgij unà cum domo vi-
cina, in qua Supremus Regni Scriba habitare assolebat, donavit.

Ferdin.

Ferdinandus III. cum *Eleonora Caroli II. Ducis Mantuani* Ferdinandi III. filia, cum sua tertia uxore genuit proles sequentes, quarum hæc sunt nomina:

I. *Theresa Maria Josephina*, obiit infans 1653. nata anno 1652. 26. Martij.

II. Serenissima Archi-Ducissa *Eleonora Maria*, nata 1653.

21. Maji nupsit primò Regi Poloniæ Michaëli, secundò Serenissimo Duci Lotharingiæ *Carolo Leopoldo* anno 1678. ex qua *Leopoldus, & Carolus Duces Lotharingiæ*, cæteræque proles.

III. Serenissima Archi-Ducissa *Maria Anna Josephina*, nata anno 1654. nupta anno 1678. *Joanni Wilhelmo Comiti Palatino Duci Juliacensi.*

IV. *Ferdinandus Aloysius Josephus*, natus est an. 1657. 11. Februarij, obiit 1658. 11. Februarij.

Ferdinandus III. Imperator, maritus prænominatæ Imperatricis Eleonora Caroli II. Ducis Mantuani filiæ, obiit 1657. 2. Aprilis, post cujus mortem Imperatrix Eleonora vidua usque ad mortem permanst.

LXI. MARGARETHA, Infans Hispaniae, prima uxor *Leopoldi I.* Prima Imperatoris, nata est in Hispania anno 1651. 11. Julij. Nuptias habuit cum Leopoldi I. Imperatore anno 1666. 12. Decembris. *Leopoldi I.* Ex ea natæ sunt proles sequentes.

I. *Ferdinandus* natus anno 1667. obiit anno sequenti.

II. *Maria Antonia Josephina*, nata anno 1669. 18. Januarij, deinde nupsit Serenissimo Duci & Electori Bavariæ *Emanueli*, & postquam 28. Octobris anno 1692. feliciter Hæredem Bavariæ enixa, eodem anno 24. Decembris, in Vigilia Nativitatis Domini, horâ quasi sextâ vespertina, post annos vitæ exactos 23. Menses 11. dies 6. animam Deo placidissime reddidit insignibus virtutibus pretiosam.

III. *Maria, Antonia, Josephina, Benedicta, Rosalia, Petronilla*, filia Imperatricis *Margaretha, & Leopoldi I. Imperatoris*, nata est *Vienne* anno 1669. die 18. Januarij. Data deinde in Matrimonium Serenissimo Duci, & Electori Bavariæ *Emanueli* 1685. in Baptismate prænominatæ Archi-Ducissæ *Mariae, Antonie, Josephina,*

pba, adfuit Comes Hungaricus *Lipai*, qui contestando suum erga *Domum Austriacam* affectum, hunc composuit verum:

Est Leopoldula, quæ Leopoldulus esse debebat.

Prænominata *Maria Antonia Josephba* obiit 1694. 24 Decembris.

IV. N. natus est Archi-Dux Austriæ anno 1670. 20. Februar: qui vix mediâ horâ supervixit, & post Baptismum acceptum obiit, deportatûsque in tumulum Cæfarcum *Vienne* ad Ecclesiam PP. Capucinorum die 21. Februarij.

V. Ex eadem Imperatrice *Margaretha*, Imperatori *Leopoldo I.* nata est Archi-Ducissa *Anna, Josephba, Antonia, Apollonia, Scholastica*, anno 1672. 9. Februarij, obiit eodem anno 1672. die 23. Februarij.

Imperatrix *Margaretha*, Infans Hispaniæ, prima uxor Imperatoris *Leopoldi I.* obiit *Vienne* anno 1673. 12. Martij. Quæ post mortem aperta, inventa est, in utero suo quatuor Mensibus imprægnata gestâsse Archi-Duculum. Hæc 15. Martij tumulata est in Cæsarea crypta ad PP. Capucinos *Vienne*.

LXII. *CLAUDIA FELICITAS*, Ferdinandi Caroli Archi-Ducis Austriæ, Secunda uxor & Comitis Tyrolis, & Anna filiæ *Cosma II. Magni* Ducis Florentiæ filia, an. 1653. 20. Maii nata, secunda uxor *Leopoldi I.* Imperatoris, quam duxit *Gracij* anno 1673. 15. Octobris. Ex hac natæ sunt proles.

I. *Anna Maria Josephba* nata 1674. 11. Septembris, obiit infans eodem anno 22. Decembris.

II. *Maria, Josephba, Clementia, Anna, Gabrielis, Antonia, Francisca, Dominica, Theresia, Eva, Placida*, nata est an. 1675. 11. Octobris, obiit an. 1676. 11. Julij, sepulta *Vienne* in Ecclesia PP. Capucinorum in Cæsarea Crypta. 13. Julij.

Claudia Felicitas Imperatrix, secunda uxor Imperatoris *Leopoldi*, ætatis iuæ an. vix 25. an. 1676. 8. Aprilis *Vienne* obiit, sepulta apud PP. Capucinos *Vienne*.

Mortuâ Imperatrice *Claudia Felicitate*, quidam argutus Poëta, hoc Anagrammate adhortatus est ad alias nuptias Imperatorem *Leopoldum I.*

Quam

Quam primùm Cæsar duxisti CLAUDIAM, id ipsum

Jam voluit nomen dicere: DUC ALIAM.

ELEONORA MAGDALENA THERESIA, Philippi Wilhelmi LXIII. Ducus Neoburgensis senior filia, tercia uxor Imperatoris *Leopoldi I.* hæc nata est anno Domini 1655. 6. Januarij. Matrimonio juncta *Leopoldo I.* Imperatori, anno 1676. Ex qua genuit sequentes proles.

I. *Josephum, Jacobum, Ignatium, Joannem, Antonium, Eustachium, Leopol.* qui natus est an. 1678. 26. Julij, in Regem Hungariæ Coronatus di I. ex an. 1687. 9. Decembris. in Regem Romanorum, an. 1690. 26. Januarij, suscepit Regimen Imperij statim post mortem Augustissimi sui Parentis *Leopoldi I.* qui Viennæ obiit an. 1705. 5. Maji.

II. *Mariam, Elisabetbam, Luciam, Theresiam, Josepham*, quæ nata est anno 1680. 13. Septembris, hæc gnara est multarum linguarum, & solidarum disciplinarum, & proprijs manibus conscripsit, & doctè composuit totam *Cronologiam cum Tabellis*; quod opus quidem Augustissimo Imperatori *Leopoldo I.* Domino suo Parenti præsentavit, sed haec tenus, ut typis edatur, non admisit.

III. *Leopoldum, Josephum, Wilhelnum, Antonium, Franciscum Erasmum*, qui natus est anno Domini 1682. 12. Junij. Obiit an. 1684. 3. Augusti.

IV. *Mariam, Annam, Josepham, Antoniam, Reginam*, quæ nata est an. 1683. 7. Septembris. Et anno 1708. Regi Portugallia *Joanni V.* in matrimonium data, quæ ipsi anno 1712. Infantem peperit.

V. *Mariam Theresiam, Josepham, Antoniam, Xaveriam*, quæ nata est an. 1684. 22. Augusti, obiit an. 1696.

VI. *Carolum, Franciscum, Josephum, Wenceslaum, Balthasarem, Joannem, Antonium, Ignatium*, qui natus est an. 1685. 1. Octob: Cui an. 1703. pientissimæ memorie Dominus Parenz Augustissimus Imperator *Leopoldus I.* Regnum Hispaniæ tradidit. Qui deinde anno 1711. post obitum Augustissimi Domini Fratris sui Imperatoris *Josephi*, Thronum Cæsareum concendit.

VII. *Mariam Josepham Collettam, Antoniam*, quæ nata est anno 1687. 6. Martij, obiit an. 1702.

VIII. Ma-

VIII. Mariam Magdalenam Josepham Antoniam Gabrielem, quæ nata est ann. 1689. 26. Martij,

IX. Mariam, Margaretam, Magdalenam, Gabrielem, Josepham, Antoniam, quæ nata est ann. 1690. 22. Julij obiit a. 1691. 22. April.

Augustissimus Imperator *Leopoldus I.* prænominatarum trium Conjugum Conjux, & Archi-Ducum & Archi-Ducissarum Parens obiit *Vienna* 1705. 5. Maji, tertio quadrante ad IV. pomeridianam, postquam vixisset 64. an: 10. mensibus, 3. Septimanis, quinque diebus; Regiminis Imperij annis 47. Hungariae 50. Bohemiæ 40.

LXIV. *WILHELMINA AMALIA*, Ducis Joannis Friderici Brunsvicensis, & Luneburgensis filia, nata 1673. 26. April. potiori parte Imperatoris in Gallia, & ultimè Modenæ apud suam Dominam Sororem educata, in Matrimonium data est *Vienna* Josepho I. tunc Romanorum Regi, Imperatoris *Leopoldi I.* filio an: 1699. 24. Febr. Ex qua genitæ sunt sequentes III. Proles.

I. Maria, Josepha, Benedicta, Antonia, Theresa, Xaveria, Philippina, quæ nata est an. 1699. 8. Decembris.

II. *Leopoldus Josephus Joannes, Xaverius Philippus*, natus anno 1700. 28. Octobris, & iterum cum summo luctu totius Domus Austriacæ denatus anno 1701.

III. Maria, Amalia, Josepha, Antonia, Theresa, Cordula, nata anno 1701. 22. Octobris.

Augustissimus Imperator *Josephus I.* Imperatricis *Wilhelmina Amalia* maritus, trium prænominatarum Archi-Ducum Parens, obiit *Vienna* in variolis ann. 1711. 17. Aprilis ætatis suæ an. 33.

LXV. *ELISABETHA CHRISTINA*, Ludovici Rudolphi Ducis Brunsvicensis & Luneburgensis, & Christina Lovisa natæ Principissæ de Oetting filia, nata anno 1691. 28. Augusti, desponsata est anno 1707. 23. Aprilis per Augustissimum Imperatorem *Josephum I.* ad Hitzingensem B.V.M. penes *Viennam* Carolo Archi-Duci, tunc Regis Hispaniæ, nunc Regnanti Romanorum Imperatori, quæ deinde an. 1707. 1. Augusti *Barcelonam* in Hispania solenniter est introducta, quam tribus diebus prius *Carolus* tunc adhuc tantum Rex Hispaniarum, in loco, quo illa ex Navi descendit, visitavit.

Spes

Spes tamen Principis ex Augustissima tot annis dubia, millies optare fecit subditos hæreditarios.

SPES Ô RAPTA ORBI TANDEM AVREA SÆCLA REVOLVE!

Qui

Demum exoratus à Superis Anno prædicto, 1716. 13. Aprilis, ad universi applausum nascitur, Nominibus Sanctorum insignitus:

LEOPOLDUS,
JOANNES, JOSEPHUS,
ANTONIUS, FRANCISCUS DE
PAULA, HERMENEGILDUS,
RUDOLPHUS, IGNATIUS,
BALTHASAR.

Eja aspiratam miserunt Sidera prolem,
In nostra exspirant vivida vota preces!

Conceptio prospera partum emisit Masculum.

Principium felix fini respondit amoris,
Hic medium ad Mundi Jubila finis erit.

Votum Regnum omnium.

Nestoreos transcendē dies ô auree Princeps!
Servari ille dabit, qui dedit esse Tibi.

INDEX.

Rerum memorabilium, quæ in hac Historia continentur.

A.

IN Arce Pragensi Ecclesia S. Georgij Martyris ædificatur. Fol. 3. penes quam primitus erant Canonici Ecclesiastici, fol. 4. & sequentibus De illorum foundationibus, fol. 14. & seqq. ad illam Moniales Ordinis S. Benedicti introducuntur, fol. 24. & 25.

Abbatissæ ad S. Georgium.

- I. *B. Milada*, fol. 24. 25. & seqq. Item, 88. 89. Comparuit Venerabili Virgini *Catharina Frebonia Schmidiane*, fol. 117. 122. Item alijs duabus Virginibus, fol. 122. Corpus illius invenitur, fol. 121.
- II. Elisabetha de Querffurt, fol. 89.
- III. N. Germana, e Boemia ejicitur, fol. 81. & 91.
- IV. B. Agnes Wladislai II. Regis Boemæ filia, fol. 29. 30. 32. 91.
- V. Cunegundis Ottokari II. filia, fol. 34. 92.
- VI. Juditha, fol. 37. 91.
- VII. Sophia de Pietichwost, fol. 92. 93. 94. 95.

Principissæ deinde ad S. Georgium.

- I. Agnes de Wrzyeffczow, facta ex Abbatissa Principissâ, fol. 95.
- II. Principissâ Margaretha, fol. 96.
- III. Elisabetha Kolowratiana, fol. 97.
- IV. N. Principissâ S. Georgij innocentia deposita est Annô 1386. à Rege Wenceslao Ignavo. Hinc Romam perrexit, & appellavit, & ibi obiit, fol. 97.
- V. Cunegundis Kolowratowna, fol. 97.
- VI. Catharina, fol. 98.
- VII. Anna de Ssamberg, fol. 98.
- VIII. Borzka, seu Barbara de Wartemberg, fol. 86. 100.
- IX. Elfska, seu Elisabetha, fol. 101.
- X. Anna, fol. 101. & 102.
- XI. Cunegundis, fol. 102.
- XII. Barbara de Sselenberg, & Kost, fol. 102. 103.

G g

XIII. Lud.

CENSURA.

Judico Historiam antiquissimi
Monasterij *S. Georgij* in Castro
Pragensi, posse Typis mandari.

FERDINANDUS SIEGHARD,
S. J. Facult. Philos. p. t. Decan.

IMPRIMATUR
WENCESLAUS NEÜMAN
DE PUCHHOLTZ.
p.t Rector.

XIII. Ludmilla de Blyzowa, fol. 103. 104.
XIV. Dorothea Przedborka de Radessin, fol. 104.
XV. Dorothea de Krumlovia, fol. 104.
XVI. Juditha Eibensstoleriana de Eibensstol, fol. 105. 106. 107.
XVII. Sophia Albinka de Helffenburg, fol. 107. & seqq.
XVIII. Regina Dadiusowa, fol. 113.
XIX. Anna Ursula Rathauzka, fol. 113.
XX. Justina Anna Ettlin de Roscnfels, fol. 114. & seqq.
XXI. Catharina Frebonia Schmidiana, fol. 117.
XXII. Elisabetha Euphrosyna Kestneriana de Fraunberg, fol. 120.
121. 122. 123.
XXIII. Anna Mechtildis Schenweisiana, fol. 120. 121. 122. 123.
XXIV. Moderna Regnans Principissa Francisca Helena Pyeronia de Galliano, fol. 124. 125. 126.
S. Annæ Sacellum ad S. Georgium in Arce Pragensi reparatur, & ibi Corpus B. Miladæ invenitur, fol. 121.
Arabona I. uxor Wratislai II. secunda Adleta, fol. 181.
Adleta Ducissa Boëmiæ, fol. 182.
Adela, vel Abda, Regina Bohemiæ, uxor Przemyslai Ottokari I. fol. 183.
B. Agnes Reginæ Constantiæ filia, fol. 184.
Anna Regina Boëmiæ, fol. 187.
Anna II. Coniux Caroli IV. fol. 188.
Anna III. Uxor Caroli IV. fol. 188.
Anna Wladislai Regis Uxor, fol. 198.
Anna Ferdinandi I. Regis & Imperatoris Uxor: illorum Proles, fol. 199.
Anna Matthiæ Imperatoris & Regis Coniux, fol. 204. & seqq.

B.

Barbara II. uxor Sigismundi Imperatoris & Regis, fol. 192.
Beatrix Borbonia Regina Bohemiæ II. Coniux Regis Joannis, fol. 188.
Blanka uxor Caroli IV. Imperatoris, fol. 188.
Banka Ducissa Boëmiæ, fol. 174.
Borzena I. Croci Bohemiæ Ducas uxor, fol. 173.
Bozena, seu Beatrix Ducissa Bohemiæ, fol. 178.
Brzena, seu Bozena, fol. 177.
Boleslai sœvi uxor Bozena, fol. 177.
Boleslai II. Pij, uxor Hemma, fol. 177.
Boleslai III. uxor Czemislawa, fol. 177.
Brzetislai Ducas Boëmiæ uxor Judith, fol. 179.
Borzivogij uxor Ludmilla, fol. 175.
Borzivogij Offa ex Tetin ad Ecclesiam S. Georgij Pragam transfruntur, & sepeliuntur, fol. 80.

Boleslaus

Boleslaus Pius in Ecclesia S. Georgij sepelitur, fol. 80.
Bona Monasterij S. Georgij, fol. 30. 34. 35. 68.
Benefactores Monasterij S. Spiritus, fol. 153.
Borzivogij II. uxor Helbirgis, fol. 182.

C.

Crucifixus in Ecclesia S. Georgij sanguinem sudat, fol. 84. 85.
S. Catharina Virgo & Martyr comparuit Principissæ Elisabethæ Eu-phrosynæ Kestnerianæ, fol. 118.
Canonici ad S. Georgium in Arce Pragensi, fol. 4. 5. 6. & seqq.
Confraternitas ad S. Spiritum, fol. 162.
Croci prima uxor Borzena. II. Niva. Filiæ, Kassa, Tetka, & Libussa, fol. 173.
Czemislawa Ducissa Boëmiæ, 177.
Constantia Regina Bohemiæ, fundatrix Crucigerorum, cum rubea stella in Hlaupetin, & Porzicz, fol. 183.
Cunegundis Regina Bohemiæ, fol. 184.
Cungunda Regina Bohemiæ Przemyslai Ottokari II. uxor, fol. 185.
Cunegunda, seu Catharina de Sternberg, I. uxor Georgij Podiebra-dij, fol. 195.
Claudia felicitas II. Coniux Leopoldi I. Imperatoris, & Regis, fol. 228.
Conradi I. uxor Walpurgis, fol. 180.
Caroli IV. I. uxor Blanka, II. Anna, III. item Anna, IV. Elisab-tha, fol. 188. & 189. Hanc Elisabetham coronavit in Regi-nam Bohemiæ Principissa S. Georgij.
Coronandi ritus Reginas Boëmiæ, fol. 205. & seqq.
Caroli VI. Imperatoris nunc Regnantis Coniux Elisabetha Christina, fol. 230.

D.

Drahomira Dueissa Boëmiæ, uxor Ducas Boëmiæ Wratislai, fol. 176.
Exurit Ecclesiam S. Georgij, fol. 77.

E.

Ecclesia S. Georgij in Arce Pragensi ædificatur, fol. 3. in ea IX. Cle-rici fundantur, fol. 4. eorundem Nomina, Officia, Præbendæ, & Fundationes, fol. 4. 5. 6. 7. 9. 10. 11. 12. 13. Ad illam Mo-niales Ordinis S. Benedicti introducuntur, fol. 25. à Drahomira exurit, fol. 77. in illa Wratislaus Dux Boëmiæ sepelitur, fol. 76. Ejus Epitaphium, fol. 77. In illam Corpus S. Ludmil-iae transfertur, 79. Item Borzivogij, fol. 80. Boleslaus Pius ibidem sepelitur, fol. 80.

Episcopatus Pragensis erigitur, fol. 27. 89.

Ecclesia S. Clementis in Hradecz reparatur, fol. 123.

Gg 2

Ecclesia

Ecclesia S. Nicolai in Zelesteicz benedicitur, fol. 124.

Ecclesia S. Annæ supra Villam Brzezan ædificatur, fol. 124.

De Ecclesia S. Spiritus Vetero - Pragæ, fol. 131. 132. 133. In illa
Confraternitas Omnis fidelium Defunctorum, fol. 162 & seqq.
& ad illam Ecclesiam spectabat Possicz, & dobré Pole, fol. 143.
Exuritur, fol. 161. Reædificatur, & restauratur, fol. 161.

Elisabetha Ducissa Boëmiæ, fol. 183.

Elisabetha Regina Boëmiæ, Joannis Lucemburgici uxor, fol. 187.

Elisabetha IV. uxor Caroli IV. fol. 189.

Elisabetha Regina Boëmiæ & Hungariæ, fol. 195.

Eleonora II. uxor Ferdinandi II. fol. 225.

Eleonora III. uxor Ferdinandi III. fol. 226.

Eleonora Magdalena Theresia, III. uxor Leopoldi I. Imperatoris,
fol. 229.

Elisabetha Christina moderna Imperatrix, Conthoralis Augustissimi
moderni Imperatoris Caroli VI. fol. 230.

F.

Fundationes Canonicorum in Ecclesia S. Georgij in Arce Pragensi,
fol. 14. 15.

Friderici Ducis Boëmiæ Conjux Elisabetha, fol. 183.

Ferdinandi I. Regis, & Imperatoris Conjux Anna. Illorum Proles,
fol. 200. & 201.

Ferdinandi II. prima Conjux Maria Anna, fol. 224. II. Eleonora,
fol. 225.

Ferdinandi III. prima Conjux Maria. II. Maria Leopoldina. III.
Eleonora, fol. 226. Proles ex tertia Conjuge, fol. 227.

G.

S. Georgij Ecclesia, & Monasterium, fol. 3. 25. & seqq.

Getrudis Ducissa Boëmiæ fol. 183.

Gutta, seu Jutta Regina Boëmiæ, fol. 186.

Georgius Podiebradius Rex Bohemiæ, fol. 195. Illius Uxores, I. Cu-
negunda seu Catharina, II. Joanna Leonissa de Rozmital, fo-
lio 197.

H.

Helbirgis Ducissa Boëmiæ, fol. 180.

Hemma Ducissa Boëmiæ, fol. 177.

Henrici Carinthiæ Ducis Conjux Anna Wenceslai II. Regis Boëmiæ
filia, fol. 187.

Hruba Ducissa Boëmiæ, fol. 173.

L

I.

Joannis Papæ litteræ, quibus erigit Episcopatum Pragensem, fol. 27.

Judith, seu Juditha Ducissa Boëmiæ, fol. 179.

Juditha II. uxor Vladislai II. fol. 183.

Johanna Regina Boëmiæ, uxor Regis Wenceslai Pigri, fol. 191.

Johanna Leonissa de Rozmital, II. uxor Georgij Regis Boëmiæ,
fol. 197.

Joannis Lucemburgici Conjux Elisabetha, Wenceslai II. Regis Bo-
hemiae filia, fol. 187. quâ mortuâ, Duxit Beaticem Borboniam,
fol. 188.

Josephi I. Imperatoris, & Regis Conjux Wilhelmina Amalia, fo-
lio 230.

K.

Krzemyslai uxor Libusska, fol. 174.

L.

Ludmilla Ducissa Bohemiæ Christiana, uxor Borzivogij, fol. 175.

S. Ludmillæ Corpus ex Tetin transfertur Pragam, & in Ecclesia S.
Georgij sepelitur, fol. 79. Miraculum de velo S. Ludmillæ,
fol. 80.

Libussa Ducissa Bohemiæ, fol. 173.

Lidomira Ducissa Bohemiæ, fol. 173.

Libusska Ducissa Bohemiæ, fol. 173.

Lucretia, seu Lukarda Ducissa Boëmiæ, fol. 180.

Leopoldi I. Imperatoris Conjuges. I. Margaretha Infans Hispaniaæ,
fol. 227. II. Claudia Felicitas, fol. 228. III. Eleonora Mag-
dalena Theresia, fol. 229. Ex illa Proles enumerantur, fol. 229.
230.

M.

Mirobogius artifex Ecclesiam S. Georgij primus ædificat, fol. 3. ad
illam Moniales Ordinis S. Benedicti introducuntur, fol. 25. à
Regibus Boëmiæ ditatur, fol. 29. Privilegiatur, fol. 34. 36. 57.
59. 62.

Monasterij Bona specificantur, fol. 30. 34. 35. 68. 69. Defenduntur,
fol. 44. 45. 54.

Monasterium S. Georgij à Summis Pontificibus amat, maximis Pri-
vilegijs, & Gratij exornatur, fol. 64. 66. 67. 70. 71. 72. 73.

Monasterium S. Georgij conflagrat, fol. 83. 87.

Moniales S. Georgij Numero LXXV. ex Arce se salvant ad Eccle-
siam S. Joannis in Augezd, fol. 83.

Monasterium S. Spiritus Vetero-Pragæ pro Sancti-Monialibus S. Be-
nedicti ædificatur, fundatur, & dotatur, fol. 131. 132. Fundatio
ab

ab Ernesto I. Archi-Episcopo Pragensi confirmatur, fol. 140.
141. Item à Wenceslao Rege & Imperatore, fol. 149. à Clemente VI. Pontifice Romano, fol. 139. Augetur fundatio, fol.
145. ab Hussitis devastatur, fol. 159.
Miloslawa Ducissa Boëmiæ, fol. 175.
Margaretha Regina Bohemiæ Przemyslai Ottokari II. uxor, fol. 185.
Maria uxor Sigismundi Regis, fol. 192.
Magdalena Caroli VII. Franciæ filia, desponsata Ladislao Regi Boë-
miæ, fol. 195.
Maria uxor Ludovici Regis, fol. 198.
Maria uxor Maximiliani II. fol. 202.
Maria Anna Coniux prima Ferdinandi II. fol. 224.
Maria, prima uxor Ferdinandi III. fol. 225.
Maria Leopoldina II. uxor Ferdinandi III. fol. 226.
Margaretha Infans Hispaniæ, prima Coniux Leopoldi I. Imperato-
ris, fol. 227.
Mnata uxor Strzezyslawa, fol. 173.
Matthiæ Imperatoris & Regis Coniux Anna, Pragæ coronatur, fo-
lio 205.

N.

Nomina modernarum Venerabilium Sacrarum Virginum ad S. Geor-
gium degentium, & viventium, fol. 128. 129.
Nomina Ducissarum, & Reginarum Bohemiæ, à fol. 173. usque ad
fol. 230.
Nomina Confratrum Congregationis ad S. Spiritum, fol. 169.
Nicolaus Rokczanerus Civis Pragensis, Fundator Monasterij ad S. Spi-
ritum, fol. 132.
Niwa, secunda uxor Croci. Illorum filiæ: Kassa, Tetka, & Libussa,
fol. 173.
Nezamyslij, prima uxor Hruba, II. Lidomira, fol. 173.
Neklani uxor Ponislawa, fol. 175.

P.

Ponislawa Ducissa Boëmiæ, fol. 175.
Przemyslai Ducis uxor Libussa, fol. 173.
Przemyslaus Ottokarus repudiat suam uxorem Adelam, vel Abdam,
& dicit aliam, Constantiam Belæ III. Ungarorum Regis filiam,
fol. 183.
Przemyslaus Ottokarus II. Rex Bohemiæ repudiavit primam suam
Uxorem Margaretam Austriacam propter sterilitatem, & duxit
aliam Cunegundam, fol. 185.
Petrus de Rosis Duxit Reginam viduam Violam, fol. 187.

R.

Reges Bohemiæ amant, & dotant Monasterium S. Georgij, fol. 29.
Item Romani Pontifices, fol. 64. 66. 67. 70. 71. 72. 73.
Regula Confratrum Congregationis ad S. Spiritum, fol. 167.
Reginæ Boëmiæ, à fol. 183. usque ad 230.
Rischa, seu Elisabetha Regina Boëmiæ, fol. 186.
Ritus Coronandi Reginas Boëmiæ, fol. 205. & seqq.
S.

Spithnevus Dux Boëmiæ, Matrem suam, & Abbatissam S. Georgij
Germanam ex Boëmia pellit, fol. 82.
Strzezyslawa Ducissa Boëmiæ, fol. 173.
Strzizka Ducissa Boëmiæ, fol. 178.
Sophia, II. uxor Wenceslai Cæfaris, & Regis Boëmiæ, fol. 191.
Sobieslai I. uxor Adleta, fol. 180.
Sigismundi Imperatoris filii Caroli IV. I. uxor, Maria, II. Barbara,
fol. 192. quam in Reginam Boëmiæ coronavit Principissa S. Ge-
orgij, fol. 193.

T.

Teynenis Ecclesia à Drahomira exuritur, fol. 77.

V.

Vicaristæ Canonicorum ad S. Georgium, fol. 15.
Viola Regina Bohemiæ, fol. 186.
Udalrici Principis Boëmiæ uxor Brzena, seu Beatrix, fol. 178.

W.

S. Wenceslaus vult fieri Religiosus Benedictinus, sed antè à fratre
occiditur, fol. 25.
Wratislaus primus, Fundator Ecclesiæ S. Georgij, in ea sepelitur,
fol. 76. 77.
Walpurgis, fol. 180.
Wilhelmina Amalia uxor Imperatoris Josephi I. fol. 230.
Wogeni uxor Banka, fol. 174.
Wratislai I. Ducus Bohemiæ uxor Drahomira, fol. 176.
Wratislai II. uxor, I. Arabona, II. Adleta, fol. 181.
Wladislai II. uxores, fol. 183.
Wenceslai I. Regis Bohemiæ Coniux Cunegundis, fol. 184.
Wenceslai II. Regis Bohemiæ, I. Uxor Guttha, vel Jutta, II. Ri-
scha, seu Elisabetha, fol. 186.
Wenceslai III. Regis Bohemiæ uxor Viola, fol. 186. quæ deinde
Marito Olomucij occiso, duxit Petrum de Rosis, fol. 187.
Wenceslaus filius Caroli IV. in Regem Bohemiæ coronatur, fol.
189. Duxit I. Conjugem Johannam, II. Sophiam, fol. 191.

Z.

Zavissius Rosenfis Duxit Reginam viduam Cunegundam, fol. 185.